JURIS
FLUVIATICI
UNIVERSI
PARS SECUNDA,
Continens Variorum Auctorum
Consilia, Decisiones & Obser-
vationes.

Consilium I.

De jure aqvæ in nostro fundo ortæ.

Cum in Lite primo inter strenuum Dominum H de T. militem, & validum T. G. ipsorum ac aliorum subditorum suorum in villis L. R. & P. illorumq. consortium (ut inquilinorum) nominibus, actores & una & vicissim G. de S. reum, ex altera, partibus inchoata. Et illa pendente (ex actoribus prædictis præfato T. G. & similiter H de S. reo, defunctis per dictum militem, & H G. filium & heredem dicti T. genitoris sui defuncti contra VV. de S. filium prænominati G. de S. rei, pariter defuncti, ultra longum tempus, ab Anno Domini scilicet 1495. & mense Aprili; quo erat primo incepta & usque in præsentiarum continuata, nec dum finita, partes præmissæ varia prolixaque invicem certandum produxerunt. Quæ omnia singillatim recensere (illorum prolixitate causante) animos legentium & diffinire debentium, nimis gravarent, quinimo fastidium generarent.

Idcirco multa paucis concludendo, & recitatis ad causam nihil aut parum facientibus, principalia acta & acti tata loco casus positionis summarie referendo, processum & actum est inter partes præfatas, ut sequitur.

In

In primis Anno 1495. ac menſe Julii actores ſupra dicti præfatum G. de S. reum, coram Judicibus ſeu Judice & aſſeſſoribus Curiæ Illuſtriſſimorum Principum & Dominorum, Dominorum Ducum S. tunc in A. præſidentibus, traxerunt in cauſam & ipſum impetendo dederunt libellum verbo contra eundem, de & ſuper eo in effectu, quod reus in fundo villæ ſuæ Z. & ſuper flumine publico (quem L. nuncupant) novam ei exciat piſcinam latam cum alta & ampla ripa, magnam in eadem piſcina aquarum abundantiam ex dicto flumine L. colligendo, & fluminis hujſmodi facié ſeu formã, mutando fluxũ ejus ſolitũ (qui erat olim per prędia rei ad prædia inferiora actorũ usq; ad Albim) per hoc impedimento & faciendo, quo minus actorum prædia inferiora per decurſum ſolitum dicti fluminis irrigentur, pecora ſua ex illo potentur, ipſi que actores in eodem flumine, modo priori piſcari poſſent, in damnum & ad interaſſe eorundem agentium. Ac quod præter damna præmiſſa dicta piſcina, in quadam alia ſua ripa, quam vocant, den Wehrthaſſt / de Anno Dom. 1491. Dominica ante trium Reg. violentam ruptuiam (quam tamen Waltriß nominant) paſſa ſit, reus poſt hanc rupturam in eodem Anno, & in profeſto Nativit gloriо. virg. Mariæ, aquam piſcinæ emiſerat & actoribus ac prædis inferioribus eorundem per hanc rupturam & aquarum emiſſionem permaxima intulerat damna in fructibus, in fœno, in agris, pratis & pecoribus agentium. Et quanquam actores propterea reo novum opus, ne dictam ruptam ripam, quam nominant den Wehrthamm / reficeret, vel vetus fulciret, nuntiari fecerunt ab eodemq; reo, de damno infecto, ſibi caveri poſtulaverunt. Veritas tamen fuit, quod idem reus (hac

nuntiatione ſpreta) rupturam fulciebat præter id & absq; eo etam, quod agentibus de damno infecto caveret. Petente propterea demolitionem fachopens, emendationem damnorum paſſorum, cautionem de damno infecto & expenſis.

Contra quæ reus ſe defendendo inprimis declinaverat forum dictorum judicium, allegãdo ſe fuiſſe & eſſe immediate ſub Jurisdictione Amptmanni in Miſnia, qui etiam ad Judices literas pro eo ſcripſerat, petens cauſam & cauſas hujusmodi contra ſubditum ſuum reum ad ſe tanquam ad Judicem rei immediatum remitti. Sed judices dicti judicii his non attentis, pronunciarunt ad inſtantiam actorum, reum propter ſui non comparitionem & contumaciam pro convicto habendum, niſi contumaciam ſuam per revelantia impedimenta excuſet, à quibus Judicibus & illorum ſententia reus ad Illuſtriſſimum Principem & Dominum, Dominum G. Ducem S. &c. appellavit, & idem Illuſtriſſimus Princeps & Dominus Dux per ſententiam ſuam cauſam & cauſas ac partes ad judices dicti judicii Curiæ Ducalis remiſit. Coram quibus reus comparens, & litem negative conteſtans. Negavit inprimis rivulum, piſcinam ſuam ingredientem in loco ſaltem ingreſſus, vocari hoc nomine dye L. Negando etiam, quod idem rivulus ſit flumen publicum, publici juris & uſus in piſcando, navigando &c. Sed quod verius ſit flumicellus quidam ſeu rivulus privati juris, duorum aut trium pedum amplius in ſuis fundis ſeu prædiis pro majore parte ſua ſcaturiens, licet etiam pro parte de villa K. in tuos fundos & piſcinam deſcendat & ingrediatur, qui flumicellus ſi in prædiis inferioribus dictum nomen dye L. acquiſierit, eum fugiat.

Sed

Sed cum dictus miles super eodem flumicello in parte superiore, antequam fundum rei ingreditur, similiter piscinam habeat, & pariter G. competitor suos in parte inferiori, ubi flumicellus ex piscina rei effluens tandem, licet non continuo, sed per medium fori alterius villæ R. dictæ, descendit. Legem, quam in engendo suas piscinas super eodem rivulo sibiipsis dixerant, etiam adversus se in piscina media ipsius rei pati debeant, maxime cum reus de villa Z cum suis fundis & pertinentiis sub his verbis vulgaribus (pei Principem terræ ad id faciendum facultatem habentem) investitus sit, mit Waſſern / Waſſerläufften / Teichen / Teichſtätten / etc. quæ verba effectum habere debeant, ne frustra videantur posita. Et in loco eodem ab olim piscina extiterat, quamvis non tam ampla. Quodque aquam in sua nascens, & suum fundum ingrediens in suo, sua sit, ipsamque in suo ad piscinam vel aliam commoditatem suam divertere & ducere possit, nedum ex jure communi, sed etiam ex consuetudine patriæ, quæ est optima legum interpres, ipsaque aqua prætatam piscinam rei ingrediens, in antiqvum & solitum alveum suum redit ac revertitur. Et cum etiam actores non habeant prædia continua prædiis rei in eodem loco. Sed sic dicta villa R. & illius villæ prædia intermedia & per consequens asserti prædii agentium in prædus rei ibidem malæ competat servitus prædialis. Habuit propterea & habeat reus ipse, quo ad actorer liberas ædes faciendi in suo piscinam. Et quod sibi proficit, & prodest, dummodo id fecerat, non principaliter animo eis nocendi, sed sibi prodessendi & per consequens, licuerat sibi nedum antiquam piscinam reficere, fulcire seu ampliare, sed

etiam in suo novam piscinam facere. Et quia dicti Miles & G. agunt pro se & subditis suis, ideoq; edere illi teneantur copiam mandati prætensorum suorum subditorum.

Excipiunt actores, dictum flumen publicum esse & regalis, unde sequitur, reum de illo investiri non posse. Quodq; in investitura rei subintelligenda sit clausula, salvo jure tertii, & sic actorum, Nec teneantur actores producere aut habere mandatum subditorum, cum sint ipsorum homagiales. Replicat reus, negando flumicellum esse de regalis, sed potius juris privati, scil cet sui. Nec ingrediatur immediate Albim, sed prius piscinam G. quæ piscina completa erat in Anno Domini 1492 & steterat absq; impugnatione actorum ad annum 94. Ideo non poterant actores nunciare novum opus, præsertim cum per concordiam Principis terræ, materia piscinæ sopita sit, quam concordiam reus sibi edi petit à dicto milite actore, pro fundanda sua defensione. Duplicant actores, triplicat reus, super quibus Anno Domini 1503. Sabbato post festum sanctorum Petri & Pauli Apost. lata est sententia primo, quod actores nomine subditorum agentes, cavere debeant de rato. Et quia reus est litem contestatus negative, ideo actores admitti debeant ad probandum suam intentionem, milesq; edere concordiam & reus jurare, quod factam nunciationem novi operis & damnum ex piscina sua datum malitiose non negaverat, sed quod credat, id non esse factum. Qua sententia lata, datæ sunt partibus inducæ sub spe concordiæ interveniendæ ad proximum judicium. Et iterum usq; ad diem Lunæ post Invocavit, Anno Domini 1509. qua adveniente disputatum est inter partes, an reus prius

jurare

jurare debeat juramentum malitiæ, an verò agentes prius cavere de rato, & miles edere concordiam, juxta tenorem sententiæ, debeant. Super quibus pronunciatum est, actores debere primo cavere, & miles edere concordiam, aut jurare, se concordia Principum non velle uti, cujus sententiæ procurator rei petiit declarationem, quatenus miles, etiamsi dicta concordia pro se uti non vellet, nihilominus eam edere teneatur ad fundandam suam scilicet rei defensionem. Et lata est super hæc sententia, quod si miles juret, se concordiam non habere, teneatur reus priori sententiæ acquiescere: super quo reus iterum declaratoriam petiit, ut miles jurare debeat, quod concordiam non habeat, nec dolo desiit habere, nec sciat habentem, neq; dolo illius ignorantiam procuravent. Quo intellecto miles concordiam exhibitur, & reum citari fecit ad dicendum contra. Unde reus excepit, quod per hujusmodi concordiam sublata sit militi facultas agendi ad demolitionem piscinæ, imponique debeat sibi desuper silentium; Actores duplicarunt, triplicavit reus, quadruplicarunt agentes, quintuplicavit reus, sextuplicarunt actores. Et lata est super his sententia, quod cum constet ex dicta concordia militem in electionem piscinæ consensisse, salvo damno, si quod dederit in futurum, ideo ei actio ad ipsius demolitionem non competit. Et quod super aliis in concordia non contentis procedi debeat juxta tenorem sententiæ, scilicet Sabbato post festum Petri & Pauli Apost. Anno &c octavo inter partes prædictas latæ. Undecavent etiam actores de rato nomine subditorum suorum & citari fecerunt reum ad præstandum etiam juramentum malitiæ juxta tenorem suprà dictæ. In quo termino comparuit procurator rei cum

mandato de jurando, quem actores admittere nolebant, lata est igitur interlocutoria de admittendo eundem procuratorem ad jurandum. Super qua declaravit procurator rei, exceperunt actores, & lata est sententia, ut procurator rei jurare debeat. Super qua idem procurator rei iterum declaravit, & iterum est pronunciatum, ut juraret. Et ad hoc citatus in tertiam feriam post festum exaltationis sanct. Crucis, Anno Domini &c. X. juravit. Post hoc obtinuerunt actores Commissarium ad probandum, scil. advocatum in O dictum V.R. qui primo onus Commissariatus assumere tenuit. Quare citatus est reus ad audiendum prorogari actoribus terminum probatorium, qui etiam prorogatus est in feriam sextam post festum S. Martini, Anno Domini &c. X. in termino tali actores dederunt duplices articulos, quorum 12. probare volebant per ocularem inspectionem, & decem alios articulos probare per testes, facientes citari reum principalem, licet non ipse, sed procurator suus litem contestatus est ad certum terminum expressum in actis ad videndum & audiendum jurare testes actorum & ad dandum interrogatoria, praeterquod reum certum reddiderunt, quos articulos per ocularem inspectionem & quos probaturi essent alias per testes, ut deinde potuisset formare interrogatoria reus. Quamvis in referendo dictis judicibus Curiæ Principum Commissarius distinctionem hanc per se habitam, retulit. In termino itaque reus commissarium, ut suspectum recusavit, & cum hujusmodi recusationem admittere & instrumentum recusationis apud acta causæ registrari commissarius denegaret, reus, ne inde examinarentur testes, interrogatoria cum protestatione tamen cum debitum consensum ra-

dictum

dictum commissarium. Post hæc commissarius admissis testibus ad juramentum de dicenda veritate, super dictis articulis examinavit eosdem & pro verificatione aliorum 12. articulorum oculares secum adduxit perspectores, præterid, quod ipse & sui conspectores ad hoc & de dicenda & referenda veritate fuerunt aut sunt jurati, publicatis itaque attestationibus excepit reus. Replicarunt actores, duplicavit reus, triplicarunt actores, quadruplicavit reus, quintuplicaverunt actores latissime, & in scriptis hinc inde concludentes ad sententiam. Hic est processus partes inter prædictas habitus & summarie recidatus. Unde quæritur, qualiter debeat super actis præmissis diffiniive pronunciari?

JESU CHRISTI Domini DEI nostri nomine humiliter implorato. Quamquam in causa hujusmodi patrocinium, quandoq; pro reo præstiterim, unde ut consultor causæ in eadem forte suspectus à quibusdam haberi possem, per ea quæ habentur *& notan. Romanus, de testib. lib. 6. & L. f. ff. ea. tit. de testi. glo. & Bart. ibi deferre. §. idem decretum, super verbo, interrogat. ff. de jure fisc. Et specu. in tit. de teste §. opponatur. versic. Item quod fuit in eadem causa advocatus, cum similibus*; Illa tamen (ut loquar cum S. Augusti, quod habetur *9. distinct. c. noli meas litteras*) mihi fidem adhiberi exopto, quam in infra scriptis sacris Canonibus, sacratissimisq; legibus & exactis causæ hujusmodi reperiuntur veritati fore tutissimam, ac Canonibus ac legibus per me allegatorum roboratam. Hac itaq; veritate inspecta, arbitror præfactum reum ab actorum impetitionibus supra scriptis, & in ipsorum verbali libello deductis atque in subsecutis actitatis latius extensis absolvendum fore, ac prænominatum H. de T. militem, &

H.G. reo in expensis propterea per eum legitime factum (judiciali taxatione præmissa) condemnandos esse de Jure Quodostendo, ut sequitur. Et primo in quantum hi duo actores super interdicto seu edicto novi operis nunciatione, quoad secundum caput ejusdem edicti (quod est super demolitione facti operis) in contemtum ac erga nunciationis suæ insteterunt & egerunt ex fundamentis infra scriptis. Ac primo, quoniam certum est ex actis, quod idem duo actores agendo ex supradicto interdicto seu edicto confessi sunt rerum ædificium piscinæ unc in fundo villæ Z. Anno Domini 492. inchoasse & eodem anno etiam compleviſſe, ut patet ex libello & clarius in octavo & nono articulo eorundem super oculari inspectione, per ipsos formato & oblato. Quodq; ripa ejusdem piscinæ, quam nominarunt suo vulgari eloquio den Wehrthamm/ violentam ruptu am, quam nuncupant die Gewaltriß/ de Anno Domini 1494. Dominica ante trium Reg. passa sit sive sustinuit, ut patet in eodem libello & primo articulorum suorum pro testibus suis examinandis oblatorum. Et similiter confessi sunt, quod primo post rupturam prædictam de Anno Domini 1494. in VV. ejusdem piscinæ factam. Quæstor in Mi.nia ad querelam agentium reo inhibuerat, ne dictam rup m ptam i eficiat aut fulciat, quemadmodum hæc actorum confessio in locis supra dictis liquide videri potest. Quare cum Juris veritas sit, erat & est, quod edictum remediumq; operis novi nunciationis, quæ ad primum caput suum (quod est prohibitorium, ne ædificetur &c. solum adversus opera futura (quæ nondum facta sunt) ne fiant, inductum est, & sic competit, non adversus præterita & jam facta opera, ut inquit *textus in l. 1. §. hoc autem edictum. ff. de no-*

de nobi. epi. num. Subjungens, quod si quid operis jam factum fuerit, quod fieri debuit, cessat edictum prohibitorium novi operis nunciatione *ut hic & in §. si quis ædificium, ut d. l. 1. & in l. si primo quam in princip. ff. eo tit.* ac *Bart. Bald. Alexand. de Imo. Jason. de Nay & alii moderni in dict. §. hoc autem. ac specu. § sed et vers. & nota quod is qui & in c. 1 & 2. extra eo tit.* Cujus ratio in promtu est, quoniam hoc edictum, quantum ad caput suum primum, ne scilicet post & contrafactam nunciationem ædificetur, est prohibitorium nec concurrit, in quantum prohibitorium est, cum interdicto, quod vi aut clam, ut ibidem probatur. Clarum autem est, quod ea, quæ sunt præterita vel jam facta (ut erat dicta piscina cum sua ripa, quæ per biennium prætensam nunciationem præcesserant, & jam completæ erant, prout confessi sunt actores in locis supradictis) prohiberi non poterant, ne fierent, cum facta pro infectis haberi non possint *ut in l. in bello. § facta de captivis.* Quod enim est non fit, ut Aristoteles, sic etiam, quod jam est, prohiberi non potest, ne fiat. Et inquit, *Bald. in c. in omni negotio de test.* Quod factum est, futurum non est, & è converso.

Secundo ostendo supradictam conclusionem ex tali fundamento, quam fatentur idem agentes in dicto octavo articulo secundorum articulorum suorum, pro examinandis desuper testibus datorum, quod reo inhiberi seu nunciari fecerant, ne ripam ruptam reficiat vel fulciat, hoc est, ne factam & ruptam ripam reparet. Clarum autem est, quod reficienti seu fulcienti vetus ædificium non funditus & omnino destructum, de jure nuntiari non posse novum opus, eo quod vetus opus fulciendo, opus novum non facit; sed veteri sustinendo remedium adhi-

buit, inquit text. in d.l. §. si quis edificium. ff. eod. tit. & ibi per Bart. & Bald. ubi moderni post Bart. quod reficere in hoc loco sumi debeat large pro fulcire, non propriè pro de novo facere, prout probat ibidem Bart. & idem Bart. in l. de pupillo. §. si quis vicos ff. eod. & text. in l. 5. §. reficere. ff. de usu. aufruct. privato. Idem Spec. eod. tit. in positione 11. versic. si fuerit fulcimentum in opere jam facto &c. & gloss. in c. 7. super verbo nunciatum eod. tit. Quapropter reus prætensam nunciationem novi operis (dato quod facta esset) ne ripam ruptam reficiat seu fulciat, spernere licite potuit, & impune, dict. §. hoc autem edictum. Et ibidem per Bart. in 1 q. Quoniam illa nunciatio fulcienti de jure fieri non debuit, uti in locis prælegatis probatur.

Tertio ostendo veritatem datæ conclusionis, præsertim quoad militem, quoniam inter illum & partem dicti Vl. §. post erectam & completam piscinam, quod erat anno Domini &c. 92. & dudum ante hanc litem motam, quod erat de anno Domini &c. 95. ut supra ex recitatione casus & actis patet, de anno videlicet Domini &c. 93. facta fuit per prænominatum Dominum Ducem & partium prædictorem concordia super dicta piscina & ejus ripa, ut patet ex eadem, in actis per militem judicialiter exhibita, & per consequens etiam confessata. per quam idem miles dato (citra veritatis præjudicium) quod nunciatio eo facta fuisset, illam remisisset, saltem tacite, & pro remissa habuisset, quantum ad caput præsentis nunciationis novi operis puto secundum (quod est demolitorium facti operis) per d. l. in princip. & ibi per Bart. in versic. venio ad quæstionem ff. eod. tit. & in l. unica. C. eod. in princip. Spec. eod. tit. in positione 11. & Host. in sum. eod. tit. §. quæritur nillatur. Juste ergo illam spernere potuit, ut ibidem probatur

batur *per text. gloss. & Dd.* quod confirmat etiam sententia dictorum Dominorum Judicum inter prædictas partes lata in L. Anno Domini 1500 nono, die Jovis post festum Conceptionis Mariæ, quæ dudum transivit in rem judicatam, jusq; fecit inter partes.

Quare non licuit eidem causam concordatam vice versa in litem deducere & jud.catum postea iterum refricare, *per text. gloss. & Dd. in l. causas. C de transact.* cum inquit text. causas, vel lites transactionibus legitimis finitas, imperiali rescripto resuscitare non oportet, *concord. l. sub prætextu. C. end. tit. & l. f. C. de re judic. & ff. de re judic. l. Imperatores. ff. de jure jurand. l. admonendi. c. inter monasterium &c. subiecta, de re judic & c. 1. de lite contest. in 6. cum simil.* Et firmat hoc etiam *Bart. in d. l. 1. in princip. in allegat. vers. sic.* venio ad quæstionem ibi. Item si hoc esset aliàs jud.catum per sententiam, tunc etiam nunciatio sperni potest, ut ibi ostenditur.

Quarto probatur supra dictæ cõclusionis justitia, ex eo, quod actores petebant, super prætensa nunciatione novi operis, ne reædificetur supra dicta ruptura, quam factam esse dixerunt, & articularunt in octavo dicto articulorum suorum pro examinandis testibus exhibitorum 17, testesq; produxerunt, quorum nullus deposuerat, quod facta fuerit hujusmodi articulata nunciatio, excepto teste primo sibiipsi ac eidem articulo octavo contradicente, ut patet, dictum articulum & suas depositiones desuper intuentibus, dicit namq; articulus hujusmodi octavus, ut suis verbis utar.

Item es ist auch den Zeugen bewust/ daß nach Ausreichung des Wehrthanims der Schöffer von W. auff unser (scilicet actorum) Klage ist zu S. gezogen / und verboten

Arbeits halben/den Teich nicht wieder zu bauen / oder das Wasser wieder aufzufahen/ bis zu Austrage des Rechten.

Sed testis primus ad articulum deponens, dicit illum verum, quia fuit præsens ut famulus, quod dictus Quæstor equitaverit non ad reum, sed ad ripam, & pro eo miserit, qui cum non comparuisset, commiserat cuidam, dicto H.R. ut reo diceret, ne ripam reædificet, seu fulciat, quæ sunt contraria videlicet, ire seu equitare ad reum, ut sonat articulus; & equitare ad ripam & mittere pro reo, qui non comparuit, ut deponit hic primus testis. Item ad interrogationem, quæ mox sequitur eundem articulum octavum, testis deponit, quod Quæstor in scriptis prohibitionem fecerat, quod iterum est contra articulum & depositionem suam, videlicet, quod Quæstor prohibitionem commiserit cuidam H.R. Est etiam hic testis primus, alias quoad primum caput dictæ nuntiationis novi operis, qvod est prohibitorium non habens contestem, eo quod alii testes producti & super eodem articulo interrogati deponunt se ignorare. Salvo quod quintus testis dicat se audivisse à producente, scilicet T.G. quod articulus sit verus. Et nonus ac undecimus, quod de articulo nihil sciant, præterquàm quod audiverunt audito alieno, X, verò quod non sciat, salvo quod familiaribus audiverit præfati producentis. Sic deponit II. duntaxat de audito alieno. Ex quibus sequitur primum caput novi operis nunciationis prohibitorium, ne opus fiat, & quod est fundamentum capitis secundi, scilicet demolitione operis, ad quod instant & agunt actores (licet contra jura supra allegata, quod hoc remedium competat adversus opera futura, non præterita, nec contra rejicientem seu fulcimentum facientem

tem

tem &c. minime esse probatum, quodque propterea caduca sit agentium intentio, & vera supra posita conclusio.

Præterea & quinto, cum de forma nunciationis novi operis sit, quod fiat in opere, id est, existentibus in loco, ubi opus sit, licet dominus non sit ibi præsens, & nullius valoris est nunciatio, si fiat alibi. Exemplum, ut si quis in foro vel alibi domino nuntiet, ut ostendunt *text. & gloss. Bart. Bald. Alex. de Ima Jason de Maj. & alii moderni in l. de pupillo. § nunciatio autem fit in §. si quis forte. ff. eod. tit.* verum tamen, si fieret nunciatio in opere, nemine ibidem præsente, non noceret domino, etiam quoad patientiam demolitionis operis, expensis nunciantis, nisi à tempore, quo pervenit ad ejus notitiam, ut probant *gloss. Bart. & Jason. de Maj. ind. §. nunciationem & Spec. cod. tit. §. 1. versic. quid si* & sic etiam de forma nunciationis novi operis, ut fiat & fieri debeat impersonaliter, operi & non personæ; Exemplum, ne in isto loco aliquid fiat, non autem sic, ne tu ibi aliquid ædifices, cum inter dictum hujusmodi rem & non personam afficiat, *l. opera. & l. seq. ff. eod.* Et probatur *in d. l. de pupillo. §. si plurium. & ibidem per Paul. de Castr. & in ea l. de pupillo. §. minime. & ibi gl. & Bart. & in l. prætor. in princ. ff. eod. tit.* Nec mirum, cum lex introduxit nunciationem hujusmodi fieri in opere ad effectum, ut confestim ab opere discedatur, *ut est text. in d. l. pupillo. §. si quis forte ff. eod.*

Item & cum in dicto fundo villæ Z. erat prius piscina cum ripa antiqua, quæ est per reum ampliata, ut similiter confitentur agentes. Ideoque actores, ne piscina vel ripa amplius vel ultra extendatur, nuntiare novum opus volentes, in nuntiando demonstrasse debuissent

locum.

locum, in quo opus novum nuntient, ut scirj possit, quantum post nuntiationem ædificatum & demoliendum sit, *per text. in l. de pupillo. §. qui nuntiat. & ibidem per Dd. & in l. non solum. §. qui opus novum. ff. eod. tit. Et Spec. in allegato versic. & nota, quod si, qui eod. tit.* Quare cum annuntiatio concernit certam partem rei (ut hic asserunt actores se nuntiasse, ne ripa piscinæ, in parte violenter rupta repararetur,) debebant illius partis demonstrationem fecisse, ut clare inquit *Bald. in d. §. qui nuntiat.* Sed quia agentes in prætensa nuntiatione sua hos modulos & has formas fuisse observatas, minime probaverunt, quemadmodum nec ipsam nuntiationem esse factam docuerunt. Sequitur iterum veritas datæ conclusionis, quæ firmatur etiam per regulas vulgares, videlicet actore non probante &c.

Item, quod non sufficit probare substantiam sine suis qualitatibus. Item & quod in dubio favor abilioris rei potius quam actoris habentur. Item quod obscura probatio interpretanda est contra probantem. Item & quod in dubio jura favent potius ædificanti, cum commodum publicum respiciat. *arg. l. si finita. §. si publicus. ff. de dam. infect. & l. 2 §. si quis neminem ff. ne quis in loco publico.* Item facit etiam pro absolutione rei ab impetitione agentium *l. duo sunt Titii. ff. de Testam. tu. Et l. absentem, in vers. sanctissime enim est &c. ff. de pœn.* præsertim cum agitur de jure eorundem, & quod reus injuste ædificaverat, minime docuerunt, quare absolvendus est reus, & si nihil præstiterit, per jura vulgaria *Et notata per Spec. l. un. de pignor. §. sequitur videre versic. quid si sumes, & ibi in postremis allegat. Ac per Joan. And. ibidem in add. fin.* Oportet namque primo cognoscere judicem de juribus partium

partium & postea exequi, *per l. 1. & que ibi notantur Cod. de execut. rei judic.*

Quod autem actores nihil probaverunt, ostendo clarius post prætensæ allegata jura sic; Primo ex defectu prætensæ commissionis & recusati commissarii. Clarum etenim est de jure, quod commissio pro testibus examinandis sententia dicitur interlocutoria, quæ lata parte, non citata est ipso jure nulla, ut ostendit *Bald. in l judices. Cod. de fide instrum. Et Ange. Instit. de actio. § quædam actiones in col. f dicentem.* Quod si facta à Judice fieri aliquam commissionem, ut semper factæ partem citari, ut dictæ commissioni interfit, ut jura ei injungat, parte præsente, de fideliter exequendo &c. Cum quibus concordat decisio rotæ X. in novis, incipit. Fuit dubitatum, & CC. LXVIII. incipit.

Licet secundum conclusionem (secundum quotam meam) & ratio est, ne detur suspectus commissarius; cum in probatione tota vis causæ consistat, ut probat *Jo. An. Andr. c. 2. de testib. lib. 6. in ultima. col.* Ista sunt & est etiam practica & observantia Dominorum dicti Judicii Curiæ Principum S. &c. Sed quia in casu nostro, ad dictam datione & factam commissionem commissarii prætacti, pars rea citata non est, sequitur nullitas ejusdem & per consequens omnium, quæ egerat idem recusatus commissarius, quantum ad examen dictorum testium, *per jura prædicta.* Et pariter eorum, quæ acta sunt in oculari inspectione. Constat autem ex facta commissione (quæ & in actis est) quod inspectatores hujusmodi recipi & examinari debebant, in modum testium, ut probent, quæ re opus erat, ut jurarent solitum juramentum testium, *l. solam. & l. jusjurandi. Cod. de test. & in c. quanto &c.*

super. eod. tit. ubi dicitur in fine, quod nullius teſtimonio, quantumcunq; religioſus exiſtat, niſi juramentum depoſuerit, in alterius præjudicium debeat credi.

Nec id eleverat, etiamſi inſpectores fuiſſent jurati (de quo tamen non conſtat apud acta) & depoſuiſſent præjuramentum hujusmodi, quod Principi fecerunt, cum dicenda veritate in hac cauſa Principi nunquam juraverunt nec ſunt jurati, nec comprehendit juramentum fidelitatis, generaliter Principi factum, hanc cauſam *per text. gloſſ. & Dd. in c. penultim. de jurejur.* Debent enim teſtes in cauſa, in qua deponunt ad cauſam iſtam ſpecialiter eſſe jurati. Nec ſufficeret, ſi eſſent jurati generaliter de dicenda veritate in omni cauſa, ut oſtendit *Alexand. de Imo in d. l. admonendi. ff. de jurejurand. ſuper gloſſ. 2.* Nec depoſuerunt hic inſpectores ſigillatim & ſeorſim etc. Sed ſolus prætenſus commiſſarius non juratus, in ſcriptis retulit pro ſe & aliis conperſpectoribus ſuis, ut patet ex ſuis relationibus & ſcripturis, quæ ſunt apud acta. Contra l. nulli penitus *& l. ſi quando, ac in Authent. ut qui ſemel. Cod. de probatio. c. venerabili, extra de teſtibus. Et quæ ibi notantur. Cod. de teſtibus.* Et quæ notat *Spec. eod. tit. §. nunc tractandum in principio.* Quod ſecrete & ſigillatim teſtes examinandi ſunt exemplo *Daniel 13. cap.* &c. alias ſi ſimul dicerent, deponerent, vel examinarentur, unus alium inſtrueret, & ſciret, quid alter deponeret, quod eſſe non debet, *in Authent. eod. tit. §. & quia vero multi. col. 7. & Specul. in loco prealleg. gloſſ. & Brix. 2 q. t. r. imprimis, ſuper verſic. ea præſente, ad fin.* Sunt etiam articuli ſuper oculari inſpectione dati impertinentes & inepti, non cadentes in judicium ſeu ſenſum viſus, ut nomen rivuli in primo articulo poſitam, ubi piſcinam dicitur ingredi, quod videri non potuit, nec

an ri-

an rivulus sit flumen perenne & publicum aut quod prædia inferiora sint actorum, prout articulatum est in secundo, tertio, & quarto articulis. Sic nec visu comprehensibile est, quod articulatum est in 6.7.8.9.10. 11. & 12. articulis. Quare impertinenter hujusmodi ad oculatem inspectionem posita sunt *l. neq; natales, & l. ad probationem domini Cod de probat. cum simil. allegat. in gloss.* Interest ex præmissis iterum veritas datæ conclusionis. Nec possunt in hac causa obtinere agentes contra reum, ex interdicto de damno infecto, cum illud similiter pertineat ad futura damna (quæ hic post assertam inhibitionem nulla data sunt,) non autem pertinet ad præterita, licet bene pro damno præterito, actione in factum, vel interdicto de tollendis ruderibus damnum passo, succurratur, si non fuerit negligens in petendo cavere sibi de damno infecto, *ut in l. prætor ait. §. hoc edictum. & in §. unde quæritur. & l. quod forte. ff. de damn infect. & ibi per Bart. Bald & Alexand.* Si verò damnum passus fuerit negligens (ut erant hic actores) scilicet in non petendo sibi cavere ante damnum, quod asserunt ipsis illatum, tunc contra dominum ædificii nullam habet actionem, nec ei succurritur, præsertim ubi dominus ædificii, quod corruit, vel damnum dedit, rudera injecta, vel per aquam asportata, tollere non curat, sed pro derelicto habeat. Unde imputent sibi hic actores suam negligentiam, quare non antea petierunt sibi cavere de damno infecto, *per text. Bald. Ang. & Alexand. de Ime. in l. evenit ff. eod. Et in d. l. prætor ait. §. unde quæritur, & ibi per Bart. & Alex. de Ime.* Debebant enim hujusmodi cautionem ante damnum datum petisse, coram judice pro tribunali sedente, ut ostendunt *text. in l. dies. §. hoc autem judicium ff. de damn. infect. & Bart. ibidem.* quod hic factum esse per agen-

tem non constat ex actis. Præterea hoc interdictum *de damn. infect.* tunc competit, ubi timetur, damnum de re ad rem, (non de re ad personam) & petens sibi caveri juret de calumnia &c. *l. qui bona §. qui damn. ff. eod. ac ibidem per Bart. Bald. Ang. Paul. de Castr. & Alexand. de Ime.* Hinc autem manifestum est ex actis, quod postquam dicti agentes sibi de damno infecto caveri petierunt per oblationem sui libelli (quod erat de mense Julii Anno Domini &c. 5) assertum damnum jam esse datum, de anno præterito, videlicet de anno Domini 4. dominica ante trium Regum & in profesto Nativitatis Mariæ, sicuti similiter agentes confessi sunt. Ex quo sequitur, ipsos in petenda præfata cautione, ante prætensum damnum datum, fuisse negligentes & propterea etiam hoc interdictum, vel actionem ad prætensa damna præterita non habuisse nec habere, maxime cum non deduxerunt in libello, neq; probaverunt, quod reus in prædiis assertum damnum passis, rudera vi fluminis in sua prædia ex suo injecta, sustulisset, vel recuperasset, unde præsumitur potius, quod si qua fuissent ex suo prædio exportata, illa pro derelicto habuisset. Quapropter actores, actionem contra reum non habebant neque habent per jura *supra proxime allegat.* Quod probo etiam secundo, ex alia confessione agentium tamen libello ipsorum pro examine testium oblatorum facta, videlicet illa, quod ruptura ripæ, unde damnum ipsis prætendunt evenisse, vi & violenter facta sit, dum dicunt in fine ejusdem articuli, suo vulgari eloqvio, durch einen Gewaltrif̃ mercklichen / trifflichen / unleidlichen Schaden zugefügt. Ecce verba durch einen Gewaltrif̃ damnum factum &c. Clarum autem est, quod pro damnis vi aut violentia hominis vel naturæ

dans,

datis, exemplum, ut propter insolitum fervorem solis, terræ motum, ruinam, vi ventorum seu propter naufragia, vel impetum fluminis aquarum vel nivium, & similium, cum sint casus fortuiti, non tenemur, sed excusamur, *l. 2. §. si quis judicio, cum seq. & in l. sed etsi quis judicio. ff si quis caut. l fistulas. § frumenta. ff. de contra. empt. l. ex conducto. §. si vis tempestatis, & §. f. ff. loca* Et probatur idem *per text. & Dd. in l. 1. Cod. commoda. & nel. quæ fortuita. C. de pignor. act. & ibi per Salic. cum similib.* Quod ostendit etiam *glos. 2. cum suis contr. & Canonist. in c. unico. de commo*

Insuper dato etiam, sine tamen veritatis præjudicio, quod dictus reus actoribus ante allegata damna data de damno infecto cavisset, agentemque stipulationem interposuisset. Nihilominus tamen pro omni damno agere non potuissent, quia non pro damno casu fortuito, ut dictum est, vel ex naturali vitio soli seu fundi dato agere potuissent aut possent, ut ostendit *glos. 2 in versic. sed nec stipulatione interposita &c. in d. l. evenit, ff eod.* Et est de hoc clarus *text in l fluminum. § vitium, & melior in ea l. in §. hac stipulatione, ibi, si quid forte terræ motu aut vi fluminis aliove casu fortuito acciderit ff. eod. tit.*

Non obligat itaq; stipulatio ista, præcipue si non vitio operis extrinseco & extra naturam soli, vel loci damnum factum sit *ut in ea l. fluminum. §. idem Servius. ff. eod.* Et probantur supradicta *per Bart. Bald. in alleg. §. unum, & §. hac stipulatio* Unde subdit *Bart. in eo. §. hac stipulatio, notab.* dictum scilicet quod si vitium frequenter in loco fit, & reiteratur, tunc dicitur & præsumitur tunc esse & esse naturale vitium soli. Quod si semel acciderit & reiterationem non recipit, tunc dicitur casus fortuitus, ut ibi per eum, de quo non tenemur, *ut supra allegatum est.*

Ad propositum, ubi dicta ripa fuerit firmissime & bene stabilita, nec ruinosa probata, & quod ruptura amplius acciderat, præsumitur, quod casu fortuito & vi tempestatis evenerat, & per consequens, quod pro ea non teneretur reus etiamsi cavisset per supra dicta. Et ea, quæ notat *Spec eod.tit. de damn infect. §. 1. in positione*, actorum, *præsertim in positione, quæ incipit. Item quod vitio operis. Idem Spec in tit. de pign. §. sequitur. vers. ceterum in stipulatione & ibi in libello actoris, in vers. hoc intelliges, quando vitio operis damnum datum est & firmat hoc idem Azo in sum. eo tit. damn. infect.*

Non possunt etiam actores reum vincere in proposita actione, ex interdicto, quod vi aut clam, cum reus in fundo suo proprio & à se possesso ædificaverit, & actores minime probaverint, se ejusdem fundi dominos aut possessores fuisse, seu efficax jus in eo habuisse. Quod tamen requiritur in hoc interdicto, ut remuntiator agens ad demolitionē operis ex hoc interdicto, quod vi aut clā, alterū illorum probet, videlicet, quod sit dominus aut possessor illius fundi, in quo ædificatum est, ut ostendunt *Bartol. & Jo. de Imo in d. l. de pupillo. §. si quis, ff. si pretor. ff. de nov. op. nun. in 14. q. Clarus, Paul de Cast. in ea. l. de pupill. in § memnisse. Alex de Imo, in l. 1. §. hoc autem edictum. post 1. nota 6. & clarè Jason. de Maj. in eo § hoc autem interdictum, in vers. circa differentias quasi ad f. 3 col. ff. de op. nov. nun. Ac Bart. & Alex. de Imo in l. 1. § parvi. ff. quod vi aut clam, in solutione 3. oppositionis post gloss. ibid. in.*

Præterea clarum est, quod agens ex aliquo interdicto debet illud interdictum proponere, quod est in eo casu proditum, & non aliud, ut dicit *not Bald. in d. l. 1. §. hoc autem ff. de no. op. nunt.* Sed quia dictus reus ædificavit in suo publice, & multis continuatis diebus, non potest dici, quod id fecerit, vi aut clam, quare non habet locum

hoc

hoc interdictum *per text in l. 1. §. hoc interdictum. ff. eod. ut. quod vi aut clam.* Quinimo in tuendo libellos ac articulos agentium non apparet eos hoc interdicto egisse.

Neque agentes reum vincere possunt actione aquæ pluviæ arcendæ, quia illa similiter locum habet in damno futuro, & nondum facto, quod fieri tamen timetur, *ut in l. 1. §. hæc autem actio ff de aqua pluv. arc.* Exemplum ubi quis opus fecit in suo (locus in publico) ex quo vicinus (non sibi sed prædio suo rustico) damnum timet, sive ex sola aqua pluvia, quæ de cœlo cadit, sive ex alia aqua cum pluvia mixta, *dict. l. 1 §. 1.* Secus si damnum timetur sibi personæ, vel ædificio, vel oppido dari, & non prædio rustico, quia tunc hæc actio cessat, *d. l. 1. §. item sciendum, & §. Cassius & §. apud Labeonem, & l post venditionem ibi, non quia venditori, sed quod rei damnum datum sit &c. ff. eod.* Item & quod opus hoc manufactum in suo erexit, animo nocendi. Secus si fecerat opus in fundo suo (in quo alius nullam servitutem aut jus habeat) sui commodi causa & non animo nocendi, quoniam tunc iterum cessat hæc actio, eo, quod quilibet potest facere in suo, quicquid vult, dummodo non facit animo nocendi *d. l. 1. §. denique cum multa concord. in gloss. ff. eod.*

Constat autem ex actis agentes in suis libellis & articulis deduxisse damnum præteritum, nec eis caveri ante institutam actionem postulasse, neq; clare patet probavisse in ejus prædio rustico, allegatum damnum ex opere manufacto in fundo rei datum. Sic etiam minime ostendisse, reum in suo ædificasse, animo eis nocendi, cujus probatio tamen ipsis incumbebat. Ex eo, quod in dubio jura præsumunt reum non animo nocendi alteri, sed potius in suo sibi prodesse[n]di & animo juris sui utendi ædifi-

dificasset, ut ostendit *gloss notab. super verb. non teneri. Et ibidem super ea part. in d.l. flumium. §. f. ff. de damn infect.* Cum quibus concordat *optime l. in summa. §. idem Labeo, l. 1. ff de aqua pluv. arc. & l. apud Trebat in pr. ff. eod. tit.* Pro præmissis facit etiam *Bart. in l. fi. certum. §. officium ff. eod. & Spec. in tit. de caus. poss. & l. proprie,* § privata autem interdicta (quidam codices habent §. *pro versi.*) ubi ponitur libellus & articuli, & quæ probare debeat actor in hac actione *aqua pluv. arc.* si vult vincere. Et cum talia hic non sunt deducta, minusque probata, ut infra dicetur, reliqvum est, ut vincere non possint acto ex prædicta actione.

Pro quorum corroboratione fortiori, facit primo pro reo investitura sua, qua dominus investivit eundem de dicta villa & suis prædiis urbanis & rusticis ac jure corrigendi & fulciendi piscinas infra terminos ejusdem villæ, ac de aqua & aquarum cursibus, cum dicitur in litteris, mit Wassern / Wasserläufften / Teichen / Teichstetten / &c.

Ecce cum verba principis investientis sint clara, & nulla sit in eis ambiguitas, non est admittenda voluntatis quæstio, *l. ille aut ille, & l. non aliter, ff dele. 1.*

Potuit ergo reus ex beneficio hujusmodi investituræ suæ, piscinas facere de novo in suo, nihil immittendo in alieno, *d l. 1 §. ibidem ajunt, & §. demq; de aq. pluvia arc. cum multis concord. in gloss. prima.* Quam quidam investituram & illius verba judex in materia feudali ante omnia inspicere & diligenter attendere debet, *ut in c. 1 §. cum vero, ver. sic sin autem junct. gloss. de his qui feud. dare poss. in usib. feud.* cum expressa per investituram, liceant etiam illa, quæ alias non licerent. Quod ostendit *text. in tit. de fra. de no. ha-*

vet,

vest. Et ibidem gloss. 1. in fin. Quinimo quod tenor investituræ observandus sit, etiamsi sit pretei seu contra communem naturam & rationem feudi, *est text. in c. 1. § praterea. & ibid. Bald. & Alvar. Et vt § fin. quid sit invest.* Et *gloss. 1. quam sequitur Alvar. in c. 1.* Et probatur etiam ibidem *in § fin. in quibus casib. feud. amitt.* & posset hoc ostendi in aliis infinitis locis, hic propter brevitatem omissis. Unde ergo, cum contractus ex conventione legem accipiant. *l. 1. §. si convenerat. & § sæpe evenit ff. de pact.* Ideo judex in casu isto servare debet pactum conventum inter Dominum investientem & vasallum investitum, secundum tenorem investituræ, secundum quam etiam Dominus vasallum in possessionem mittere & missum defendere tenetur, *de controver. invest. in princip. Et ibi per Alvar. in 2. notabili. & in tit. de his qui fer. fidel. c. 1. in fin. & in tit. si de feud. controvers. fuer. & que sunt prima causæ. 4. § cum similibus.*

Præterea quod tenor investituræ, & consuetudo loci, in quo actum est, in feudis intuendus & intuenda sit, probat *text. in l. semper in stipulationibus. junct. gloss. 1. & Bartol. in l. in obscuris. ff. de Reg. Jur. & in c. inspicimus. Et ibi Dd. eod. in. lib. 6. l. si fundus, ff. de evict. l. quod si nolit, § quod si assidua, ff. de edil. edict.* Quod maxime procedit, ut dictum est, in causis feudalibus, *c. 1. §. hoc quoq; secundum. qui feud. dar. pot. c. 1. An mariti sint uxor. c. 1. in fin. de filiis natis ex matri. ad morg. contract.* Et probat late *Alexand. de Imo. consilio 29 primi volum.* & *Johan. Calder. consilio 102. & 11. sub Rub. de feud.*

Circumspectos ergo oportet esse judices in hac causa, ut debite intueantur verba investituræ & consvetudinem loci, quæ vincit legem scriptam, præcipue in feudis, ut firmant *text. & Dd. in c. de feud. cognit.* ad quod similiter

possent allegari infinitæ concordantiæ, hic brevitatis gratia omissæ. Item maxime in investituris, ubi laici sequuntur laicos, debent verba grosso & laicali modo & secundum consuetudinem loci interpretari & intelligi, *ut inquit notabili Bald. in tit. de succe. feud. in princ. Ad quod facit l. Lamona, §. Asinam ff. de fundo instruct. & 2. q. 7 quamquam, cum similibus.*

Et sic oportet accipi verba in investituris, ne videantur supervacue posita, *l. & per alium, §. donare. ff. ne quis eum, qui in jus vo. est, vi exi. Lnomen filiarum, §. si. ff. de verbo signi.* Et ut habeant effectum, ut aliquid operentur. *c. relatum, cum multis cancr. in gloss. de Cler. non resi.*

Et quia de hoc (quod nobiles habentes præmissas clausulas in suis investituris, mit Wassern / Wasserläuffen / Teichen / Teichstetten / etc & in feudalibus suis loca apta, ac flumicellos ad piscinas erigendas, piscinas erexerunt, & facere consueverunt) est consuetudo locorum Principum Saxoniæ, & maximè in Misnia multum vulgata, quam etiam Principes scire præsumuntur, ut ostendit *Bald. in l. 2. ad fin. Cod. quæ sit longa consvet.* & jura dicant, quod non valet sententia lata contra notorias & vulgatas consvetudines, ut ostendit *Bald. l. 2. Cod. quando provo. non est ne, universi. non valet sententia.*

Sequitur, quod consuetudo talis vulgaris & notoria præservavit & præservare debet reum, ut ex ædificatione dictæ piscinæ actoribus non teneatur aliquibus ex prædictis interdictis, nec alias aliqua actione, eo quod consuetudo & mos patriæ, culpam excludunt. Nec meretur dici culpa, quam consuetudo admittit, ut notatur in *l. pignus. C. de pignus C. de pigno. act. l. quæ sit fugurus. §. apud Iavenem. ff. de adilitio edict. l. 3. ff. ad Macedo. Et firmat hoc Jo. & Ana. consilio 71. annotatio, super eodem consil. de Pet. de Ancha. fol. 142.*

Per

Præmissis non obstant allegationes agentium, quod fluvius dictus dye L. sit flumen publicum, quia perenne *ff. de flum. l. 1 § publicum flumen. Et sic de statu imperii & regalibus c. 1. In princip. ut.* quæ sunt regalia, & per consequens non comprehensus in investitura. Quoniam negat reus primo dictum flumicellum piscinam suam ingredientem, vocari dye L. secundo, quod sit flumen perpetuum & perenne publici juris & usus. Sed dicit, quod potius sit rivulus iste privati juris, qui quandoq, arescit.

Et quia actores id, quod dixerunt, quod sit rivulus iste flumen publicum, publici juris & usus, probare debuerunt, *l. ei incumbit probatio, qui dicit ff. de probat.* Et illud non fecerunt, ideo in dubio favendum est reo. *l. favorabiliores ff. de reg. juris, cum multis concor. in gloss.* & absolvendus est etiam, si nihil præstiterit, *c. fin. de jurejurand, cum multis concor. in gloss. &c. unico ut Eccles. benef.* Maxime cum non omnia flumina perpetuo fluentia, & quantum interdictum, publici juris & usus sint, & regalia. Sed illa, quæ sunt navigabilia, aut ex quibus navigabile flumen fit, scil. immediate. Ita ostendit *text. & Ang. in l. 1. §. non autem omnes. ff. de flum & text. in dict. c. 1. in pr. quæ sunt regal.* Qui sic dicit, Regalia sunt armandæ viæ publicæ, flumina navigabilia, & ex quibus fiunt navigabilia, scilicet immediate, ut ostendit hoc etiam *text. in l. quo minus. ff. de flumin.*

Et licet verum sit, quod in fluminibus perpetuis non navigabilibus, directum interdum, ne quid *in flum. publico. locum non habeat.* Sed in operis in flumine publico navigabili facto, unde statio vel navigatio deterior fiat, ut dixit *text. in d. l. 1. §. non autem omne. ff. de fluminibus & in l. 1. §. hoc autem dictum. & ibi Ang. ff. ne quid in flum. publ.* Sed utile,

si opus in eo factum sit, unde flumen exaresciat, aut cursus solitus aquarum impeditur, ut dicunt *text. & Ang. in d. §. non autem, omne in vers.* Sed Labeo scribit: Neutrum tamen horum hic accidisse, aut factum esse per actores ostensum est, imo nec probaverunt, quod dictus rivulus post factam piscinam novam & piscinam ipsam egrediens aliter fluat quam prius, non ad quantitatem aquæ fluentis pertinet, sed ad modum & vigorem cursus aquæ referendum est, ut inquit *text. in l. 1. §. quod autem ait, ff. ne quid in flumin. publ. ubi Ang. dicit*: quod in hoc casu, hoc verbum aliter, sit adverbium qualitatis non substantiæ aut quantitatis hoc est, quod non ad quantitatem, sed ad qualitatem refertur. Et ita non debet inspici, quanta nunc sit aqua fluens, sed si mutatus sit cursus aquæ, hoc est, si cursus aquæ sit factus depressior, altior, humilior, vel rapidior, ut dicunt *ibi text. Bart. & Ang. Et ostendit hoc etiam text. in d. l. 1. §. deterior. ff. de flumin.*

Quandoquidem comparationem, an aqua fluens ex piscina fuerit rapidior, rarior, altior, bassior, &c. quam prius, oculares inspectores, qui statum aquæ ante factum opus, cum præsenti non perspexerant, facere, & sic de illo testimonium efficax dare non potuerunt per solam ocularem inspectionem relatam ad acta, dato etiam & citra læsionem veritatis posito, quod fuissent juramentati. Quare iterum præmissa responsio vera, maxime ex beneficio dictæ investituræ, de consuetudine patriæ & [illegible] Saxonum, quod hic præcipue observandum est in casu nostro, ut Landrecht *lib. 2 artic. 28. ubi text.* [illegible] Welcher Wasserstrom frey flusset/ der ist gemein zu fischen und zu fahren.

Secun

Secus ergo in dicto flumicello. *Et gloss.* Lehnrecht *c. 71. in verſ.* wolte aber / *in 2. col. ſic dicit:* Würde aber ein Spring auff einen Acker/des Ackers Herr hat den Spring/ mag ihn faſſen auff dem Acker/ob er will/ und teichen.

Et ſubdit, Das ſollet ihr wiſſen/ dieweil das Waſſer auff meinen Acker fleuſt/ſo mag ich wehren zu fiſchen darinne einen iedermann/ do es nicht in wilder Wage fleuſt. So aber das Waſſer von den meinen kömmet/ſo iſt es nimmer mein.

Quod enim juris est in toto, idem est in parte *l. quæ de totâ ubi gloss. ad verb. dicta. De rei vindi. L. in pari ff. pro derelict. gl. in l. qui scit in pr. ff. de usur.* DD. præsertim *Jas. num. 5. l. jurisgentium 7. §. adeò De Pact. Everard. in loc leg. à toto ad partem.* Unde qui habet jus in toto vel universo territorio, fundatam habet intentionem suam de jure communi in qualibet ejus parte. *c. cum Episcopus 7. de offic ord. lib. 6. c. unic.* ubi *Imol. num. 3. de jurejur. Panor. & Canon. in c. si diligenti. De præscript. per C. venerabilem qui sit legit. in c. 2. de restit. spol. in 6. c. uit. de offic Archid. Alex. l. naturaliter §. 1. in 6. fallen. de acq. possess. & Jas. eod. tit. ad l. 3. in princ. num. 56. 57. & in prælud. feud. num. 53. Montan. tract. fin. reg. cap. 61. num. 4. Socin. Consil. 30. in Causâ num. 6. volum. 1. Dec. Consil. 528. num. 2. Anchoran. Consil. 116. tres domini n. 1. & 3.* Et hinc est, ut inquit *Everhard. præalleg. loc. à toto ad partem Col. pro* quod Comites & domini temporales fundant intentionem suam de jure communi respectu jurisdictionis quoad res sitas intra limites suæ terræ, sicut & Episcopus in sua diœcesi d. c. *cum Episcopus* & Imperator respectu totius orbis *l. bene à Zenone C. de quadr. præscript.* Unde cujus ad jurisdictionem tota terra pertinet, ad eundem etiam jurisdictio singulorum vicorum & pagorum terræ, velut partium intelligitur pertinere *d. c. cum Episcopus 7. de off. ordin. lib. 6. c. 2. de restit. spoliat. ad. lib. Panor. in c. si diligenti n. 34. & 35. de præscript.*

c. per venerabilem. Qui fil. sint legit. Imol. in c. nimis n. 3. & 4. de jurejurand. Socin. Consil. 86. in causâ. n. 6. lib. 1. Mantua. in tract finium. cap. 61. n. 4. Nec huic præsumptioni derogat, quod Dominus à Duce totius provinciæ investitus sit, cum jurisdictione superiore & inferiore pagi ejusdem.

2. Nam † omnes investituræ intelligendæ sunt salvo jure tertii. *Castren. cons. 72. in causâ num. 2. volum. 2. Decius cons. 462. superiori num. 26. Henning God. cons. 13. n. 20. de feud.* Imo præsumitur fraudulenter esse impetrata, si desit clausula, salvo jure tertii. *Felin. in c. 2. num. 3. de præscript. Zas. cons. 17. num. 41. lib. 1.* Nec etiam juvari videtur d. Domin. ex eo, quod allegare potest actus quosdam exercitæ jurisdictionis, velut præscriptos.

3. Nam quando † alius est in generali possessione jurisdictionis, tunc ab altero specialiter usurpante in aliquo loco particulari jurisdictionem nullatenus videtur jurisdictio possideri, nisi quatenus exercet, nec plus intelligitur præscriptum quàm possessum: ideo tali casu non sufficit actum in quibusdam probare, & aptitudinem in reliquis, sed in cæteris non specialiter possessis generali domino integet & salvus manet jurisdictionis usus. *Innocent. in c. 2. n. 1. de Capell. Monach. Panor. in c. cum olim. num. 6. de præscript. Jas. in l. 3. in pr. num. 36. de acquir. possess. Jacobin. in tract. feud. ad verb. cum mero imperio n. 15.*

In præsenti autem casu Comites sunt generales domini territorii, & habent in eo generalem jurisdictionem. Quare ut maximè certos actus jurisdictionis Dominus in isto pago exercuisset, tamen quia pagus immediate jacet in dominio illo, & circumcirca ab eo confinatus ac inclusus est, in quo dominio Comites generalem jurisdictionem habent; ideo non potest ex certis actibus

bus exercitiis inferre dominus, se generalem habere imbi aut præscripsisse jurisdictionem, cum ex uno actu hic non fiat illatio ad alterum, nec uno præscripto, in altero præscripto facta intelligatur. *Innocent. in c. 2 n. 5. de cap. monach. Jas. in l. 1. in princ. num. 35. & in l. 2. n. 40. de acquir. possess. ex doctrina Bart. in l. 1. §. si quis. de usu. ad. privat. Jacobin. prealleg. loc. cum simil.*

Decidendi rationes.

Sed his & similibus, quæ à Comitibus forte adduci poterunt, non obstantibus, contrarium potius est statuendum dicendumque, causam & intentionem domini longe melioribus juris rationibus innixam & fundatam esse.

Nititur enim quatuor validis & jure firmis fundamentis. Quorum primum est emptionis & traditionis factæ, quæ probatur ex ipso instrumento investituræ quod disertè mentionem hujus emptionis & possessionis ac traditionis insecutæ facit.

Instrumentis † enim probatur titulus emptionis *l. 4. C. de probat.* Et investituræ ponissimum fiunt ratione tollendæ obscuritatis & ad faciliorem utuli probationem *Jas. in l. ult. n. 33. C. de jur. Emphyt.* De quo hic non est disputandum pluribus, quum non negetur, nec negari queat talis venditio esse facta, & in casu negationis etiam aliis modis, quam per dictum instrumentum facile probari possit juxta *d.l. 4. cum sim libus.* 4.

Quamvis † autem traditio facta & apprehensio non solâ scripturâ investituræ probetur *Bart. in l. prædia n. 1. & 3. de acquir. possess. Specul. de probat. §. 1. n. 32. 35.* præsumtive tamen per eam probatur *gloss. ad verb. sufficeret* 5.

l. quedam 76. de rei vindicat. Panor. in c. cum à nobis n. 5. cum seq. de præscript. l. 2. ubi Barth. de acquir. possess. Barth. l. celsus n. 16. de usucap. Lanfranc. in c. quoniam verb. cestium n. 96. de probat. Maximè in antiquis, ut hic; & alioqui constat, ac ex multis actibus probari potest, ex prætacta venditione traditionem dicti pagi hujus domini majoribus esse factam, & eum ejusq; majores ultra longissimum tempus illud possedisse, & in eo omnes jurisdictionis actus pro incidentibus casibus exercuisse.

Ac cum constet dictos venditores pagum hunc cum omni jurisdictione habuisse, ut patet ex investituris antiquissimis ante 100. annos datis, dici aliter nequit, quin etiam ita eundem cum omni jure Dominis hisce vendiderint, & ti adiderint. Quia unusquisque intelligitur tale & tantum jus vendere ac concedere, quantum & quale ipse habet *l. in vendendo 66. de contrab. empt. Dec. cons. 292. pro tenui n. 4 per doctrinam Bald. in c. 1. de cap. qui cur. vend.*

Alterum fundamentum est ipsa investitura dicti domini ante annos 67. cum omnimoda jurisdictione, superiore & inferiore, facta & obtenta, sicut & fieri debuit.

6. Quia † investituræ novæ congruere debent antiquis (in quibus talem formam investiendi hic fuisse diximus) & etiamsi non congruant, tamen naturam & formam earum tacite repetitam intelliguntur retinere *Bald. in l. 1. n. 31. C. quand. non petent. partes, & in c. 1. n. 2. de eo qui sibi & heredib. & cons. 187. proponitur. n. 14. parte 2. Dec. cons. 193 pro tenui n. 2. & 4. & cons. 445. in casu n. 23. Curt. in tract. feud part. 2. quæst. 1. n. 41.* De qvo non est disputandum subtiliu., quando in omnibus investituris dicti Domini cũ omni jurisdictione sint & inveniantur investiti; quo ipso omnis potestas exercendæ jurisdictionis intelligitur à superiore illis facta

facta & acquisita esse *Jacob. in tract. feud. in verb. cum mero imperio n. 2. cum seq.*

Nec † sane Nobilibus aliter infeudatio pagorum 7.
concedi solet, quàm cum jurisdictione; quæ plerumq; territorio coheret, eoque simul concedi intelligitur *Bald. in c. 1. n. 16 de cap. qui cur vend.* Maximè quando alicui conceditur castrum & universitas villæ, quia tunc jurisdictio simul concessa intelligitur, etiamsi alias in simplicem feudi infeudationem non veniat. *Alvarot. in c. 1. §. fin. n. 4. quib. mod. feud. amitt.* Sicut hic dicti Domini non simpliciter per se emerunt d pagum, vel da eo sunt investiti, sed emtio facta est & investiti fuerunt de universali castro, cujus pertinentia & pars fuit d pagus & dubium non sit, quin illi universitati insit jurisdictio, & illa simul vendita, concessa & infeudata fuerit, & non præsumendum sit, vel † 8.
potius impossibile, idem jus penes Comites esse; cum insolidum unum jus apud plures esse non possit, vel dominos *l. 1. §. ult. commod.* vel possessores *l. 3. §. ex contrario de acquir. possess.* De quo hic non attinet disputare longius, cum planum sit ex literis investituræ, Dominus semper ab omnibus provinciæ Ducibus, cum omni jurisdictione, inferiore & superiore, in dicto pago investitum fuisse. Quæ † litera, velut publica instrumenta, plenam fidem merentur, utpote sigillo Principis confirmatæ *Scharf. cons. 7 licet. n. 6. & cons. 19. in præsentia num. 1. & 2. contra. 1. per c. cum dilectus, de fid. instrument.* & alia quæ allegat & † est communis doctrina *Bald. Sabe. & DD in l. si qua C. de Epis. aud. & Canon. in c. post cessionem, de probat. Innocent. in c. 1. ext. de fid. Instrum. per illum text. Lanfranc in c. quamam ad verb. instrumenta. num. 2. de probat. late in terminis Molin. in consuet. Paris. tit. 1 §. 1. n. 14. & 15.* cum multis quæ ibidem allegat. Imo talis con-

tractus

tractus feudalis Principis, ejus sigillo & scriptura roboratus vim legis habet & indubiam fidem facit *l. 1. verb. per epistolam ubi hoc notat Castrens. de constit. Princ. Jas. in l. civitas n. 7. si cert. petat. Jacob in tract. feud. verb. princeps. vers. sed quæro. n. 1. cum seq.* Quæ cum ita se habeant & verba investiturarum clara sint & aperta, liquet optimo titulo Dominum in dicto vico jurisdictionem habere? per ea quæ tradit *Jacob in d. tract. feud. ad verb cum territorium. 2. cum seq.* Cum titulus investituræ sit justissimus, qui confirmat possessionem & usum juris *Brun. in cons. feud. cons. 1. n. 24.* Ex hoc secundum esto dicti Domini fundamentum.

10. Tertium est possessio pene immemorialis & exercitium † ac usus actuum jurisdictionis tam superioris quam inferioris, unde possessionem probari dubium non est *Bald. in l. liberti n. 3. C. de oper. libert. in 2. n. 54. C. de serv.* Per actus enim exercitæ jurisdictionis probatur alicui competere jurisdictio. *Jas. in l. imperium n. 23. de jurisdict. omn. jud. Spec. de jurisdict. in princ. n. 35 Bald cons. 161. proponitur n. 3 cum seq. vol. 3. Alexand. cons. 68. & visa n. 20. volum. 2. Schurff. cons. 86. n. 9 & 10 centur. 2.*

11. Actus † autem utriusq; jurisdictionis hos Dominos exercuisse palam est, ut quod rustici semper illis præstiterunt & adhuc præstent juramentum obedientiæ *c. nunc ubi DD. de jurejurand. c. solentæ. de major & obed. c. unic. §. verum de stat. relig. lib 6. c. unic. §. vasallus §. Consules ubi Affict. de pace Const. Jacob. in investit. in verb. sed an Princeps verb. per quidem investitu & de homag. num. 13.* quod vocantur ab eis ad arma (Feige) quod est species vel actus meri & mixti imperii *Bart. in l. si quis. juxtum. Nevius stat. & in l. hostes ff. de captiv. Salic. in l. 1. C. de his qui latron. gloss Lauder. lib 1. Art 8.* omnesq; ad judicium capitale. *Leum prætor. 12. de judic. Bart.*

& alii

& alii l. omnes. de just. & jur. l. 3. de judic. quod subsidia & exactiones collegerint, & per eos taxentur, ut dominos illius loci. *Bald. cons. 161. n. 3. lib. 1. Alex. cons. 35. visa num. 3. vol. 4.* quod Scabinos & judices ibi creent: *Bald. c. 1. §. imperiales n. 18. de pac. Constan. & c. 1. n. 9. quæ sint regal. gloss. l. & quia de jurisdict. Cacial. l. 3. n. 18. sed. est per §. nulla de defin. arm.* quod captivaverint ob delictum. *Jacob. in investit. verb. & cum mero. n. 3. 5. Chass. in consuet. tit. 1. §. 4.* & mulctaverint *l. nunc. si quis jus dicens. Jacob. præall. loc. num. 1.* rusticos sæpius. *Bald. cons. 161. num. 3. vol. 3. & dixi cons. 1.* publicum judicium capitis ibi coegerint *Jacob. & Chassan. præall. loc* & ante 50. annos interfectorum cadavera sustulerint, & furcas erexerint, *Bald. c. 1. num. 5. 6. quid sit investit.* res deperditas & quarum nullus reperiretur dominus vel heres, retinuerint *l. 1. C de bon. vacant. lib. 10. ubi DD. & in l. 1. quæ sint regal. glo. art. 18. Land. R. lib. 1. Weichb. art. 59. author. diff. Reinh. diff. success. 29. Bald. cons. 161. num 1. vol. 3.* Quos omnes esse actus jurisdictionis, & per horum exercitium probari ad aliquem pertinere jurisdictionem, notissimum est, ut pluribus probat *Bald. d. Consil 161. Jacob. in tract. feud. verb. & cum mero. num. 2. cum seqq. Montan de finib. regund. cap. 52. n. 5. & 6. late Chassan. in consuet. Burgund §. 1 in verb cum territorio num. 12. cum multis seqq.* & est communis † doctrina *Jas præall. loc. & DD. in d. l 3 de jurisd. omn. jud.* †

In † eo autem notandum est etiam testes de auditu habere fidem in probanda antiqua jurisdictione: *Jas. & DD. l. sum in antiquioribus. C. de jur. deliber. Ancon. Gabr. Rom lib. 5. de præscript. conclus. 1. Innoc. c. quid per navale c. venerabili. de verbor. significat. Dec. Cons. 321.* 12.

n. 8. Cravet. de antiq. part. 1. §. visa n. 305. Ancher. cons. 310. & nedum per plures, sed etiam unicum actum proprium probari jurisdictionis possessionem Bald. in l. si aquam n. 17. C. de servit. item testes etiam singulares hic facere fidem, quamvis de singularibus actibus deponant. Lanfr. in c. quoniam. verb. testium. n. 30. de probat. Montan. in tract. fin. regund. cap. 52. n. 1. 2. 3 ex doctrina Bald. in l. ult. C. de testib. & melius per Jas. in d. l. imperium n 23. Roch. in repet. c. ult. in h. fol. 63. de consuet. per doctrinam Bald. Panorm. Felin. & Canonist. in c. licet ex quadam de testib.

13. † Quartum fundamentum est præscriptio ex possessione per longissimum tempus continuata.

Cum enim ab annis centum Dominus & ejus prædecessores cum omni jurisdictione hujus pagi sint, investiti, & ejusmodi jurisdictionem etiam semper usurpaverint, & de actibus jurisdictionis ante annos 50. exercitus constet & probari possit, apparet ex eo, dato quod non habuisset (nec enim quis suum præscribit l. 4. de usur.) præscriptam etiam esse jurisdictionem: Nam tempora emptoris & venditoris, item prædecessorum & successorum in usucapionibus conjunguntur §. diuturna §. penult. Inst. de usucapion. l. nunc. C. de usucap. transform. Et constat præscriptione acquiri jurisdictionem l. omnes C. de diver. off. lib. 12 etiam merum & mixtum imperium; ut est † communis m d l. 3 ubi Jas. esse communem testatur num. 22 Bald. in l. 1. n. 16 C. de lib. & solut. communem etiam dicit Schurff. Consil. 26 clarè. nu. 2 centur. 1. & cons. 26. diligenti num. 2. cent. 1. Jure quidem communi decem annis, ut est communis conclusio DD. præsertim Jas in l. 3. n. 20. & 23. de jurisdict. omn. jud. Bald. in repetit. l. 1 n 16. cum seq. C. de emancip lib. & in l. ult. C. de præscript. long. temp. latè Francisc. Balb in tract. præscript. 2. part. 1. par.

pareis. princip quæst. 1. 2 3. Barr. decis 220. n 9. Montan. in tract. fin regund. cap 77. n 9. Alex. cons. 16. in causa num. 23. vol. 5. & cons. 78. videretur n. 5. lib. 6.

Nec † est necesse probare exercitas & præscriptas esse singulas species jurisdictionis, sed sufficit probare actum in quibusdam & aptitudinem in reliquis *Bald. l. 1. num 24. cum seq C. de emancip. liber. & d. cons. 101. proponebatur num 3 vol. 3.* Nam contigui sunt actus & inquit *Balb. præall. loc.* ejusdem qualitatis, hoc est jurisdictionis, & quoties tractemus de probando genere testes, qui probant species sub eodem genere contentas, non dicuntur singulares. Quia in qualibet specie repræsentatur genus. Itaque quamvis Barth. velit tantum intelligi præscriptum quantum possessum, nec ex uno actu jurisdictionis præscripto inferri posse ad alium *in l. 1. §. si quis de itin. actu. privat.* tamen illius opinionem communiter DD. intelligunt tunc demum procedere, quando alius est in generali possessione jurisdictionis illius loci: *Innocent. in c. 2. num 5. de cap. Monach. Jas. in l. 3. in princ. num. 35. de acquir. possess Jacobin. in d. tract. feud. verb. cum meris n 14 15. Scharff. d. cons. 36. ad clarè num. 9 cent 2.* Vel quando contra jus commune & in casu singulari atq; odioso præscribitur & præscriptio non est fundata jure communi *Jas. in d l. 3 in princ. num 40. per c. 1. & 2. de restitut. spoliat lib. 6. Scharff. cons 26 diligenter n. 2. contur. 1.* Alias verò cum hæc non obstant, communiter receptum est uno atq; altero actu jurisdictionis præscripto, præscribi etiam reliquos gradus ejusdem speciei jurisdictionis etiam superiores ut multis confirmat Jas. dicens hanc esse † communionem *in l. imperium num. 23. de jurisd. om. jud. & in l. 3. in princ. num. 40. de acquir. possess.* 14. †

Quod maxime procedit in præsente casu, ubi non

modo alius nullus fuit in possessione generali hujus jurisdictionis, sed etiam ex duobus antiquissimis titulis videlicet emptione & investitura à dictus Dominus habuit acquisitam jurisdictionem *Jas. in d. l. 3. n. 34. cum multis seqq.* Nã ipse
15. etiam Bartholus fatetur, Quod si quando quis habet concessam jurisdictionem ab altero, illo casu si utitur jurisdictione in uno actu intelligitur in omnibus exercere & retinere possessionem *Bart. in l. hoc interdictum §. si quis hoc interdicto num. 1 de Itin. act. privat* ut signanter notant & sequuntur *Castrens. num 5. & c. Jas.* latius *num 33. versa fin. in d. imperium de jurisdict. omn. judic.*

Ex quibus liquidò non obscurè jam enucleatur, cum dictus Dominus & ejus prædecessores ex concessu Domini feudalis habuerint hanc jurisdictionem, tam inferiorem, quam superiorem, & eam in variis actibus semper exercuerint, nemine interpellante aut prohibente non modo ad decem, sed ultra 20 30. 40. 50. annos, sicut tales actus demonstrari possunt, si non ex præpositis causis, tamen præscriptione juris communis, illius intentionem fundaram esse. Nec ab hoc jure longe recedit jus Sax. nisi quod quæ præscriptio jurisdictionis jure communi est annorum 30. ea jure Sax est annorum 30. & unius & aliquot septimanarum, quo tempore omnia jura incorporalia & jurisdictiones hoc jure præscribuntur & acquiruntur, etiam absq; titulo & bonafide.

Atq; ita his quatuor fundamentis, videlicet primo, emptionis ac traditionis à Domino utili. Secundo, Investituræ à Domino directo factæ. Tertio, Possessionis & exercitii. Quarto Præscriptionis inde consecutæ, ita stabilita est Domini intentio & causa, ut nullâ justâ ratione expugnari posse videatur.

Resp.

Resolutio dubitandi rationum in prima Quæstione.

Quare nec rationes dubitandi in contrarium suprà adductæ multum contra faciunt, & facilem habent responsionem, quæ majoris declarationis gratia, paucis nunc subjicietur.

Non igitur obstat, quod Comites sint Domini totius territorii, unde intentionem jure communi habeant fundatã.

Nam primum hoc quoad factum negatur. Etsi enim pagus iste immediate jacet in dicto Dominio, tamen non per se considerandus est, sed ut pars & appertinentia ac accessorium (quod sequitur suum principale) Castri N. cum quo emptus & in feudum datus est. *Jas. & DD. d. l. 1. in princ. de acquir. possess. Innocent. c. in literis de restit. spoliat. per l. cujus §. Titius, de legat. 2. l. gradus §. Titio, de legat. 3. Bald. in c. cum in cunctis n. 2. 3. de elect. Salic. l. licet de acquir. possess. Tiraq. in retract. prælim. §. 36. glos. 13. num. 4. cum aliis allegat.* Hoc autem castrum cum omnibus appertinentiis circumscriptum esse undiquaq; dicto Dominio inficiatur, nec probari potest. 16.

Secundo posito, non tamen concesso, ut ita maxime ita se haberet, tamen apertissimum est dictum castrum cũ suis pagis, non esse partem illius Dominii, nec ab eo dẽ Domino puta Comitibus in feudum moveri, sed ab aliis directis Dominis nempe Ducibus totius provinciæ teneri & recognosci, atq; ita propterea esse castrum istud & illi adherentes pagos ex dicto territorio exemptum, & ab eo omnino separatum.

Nam quæ à diversis Dominis moventur & dependent, & diversas superioritates respiciunt, ea intelligũtur diversa esse territoria & separata quamvis naturâ uni- 17.

ta & conformia sint *Bart. in l. 1. n. 5. cum seq. C. de metrop. Beryt. lib. 11.* eoq; qui in talibus unum possidet, non habet præsumptionem in alio, cum sint loca separata, & ideo ex separatis nulla fiat illatio ita *Bald. in l. 1. §. ex eadem lege. de L. Cornel.* Unde tradit *Jas. in l. ult. num. 5. ff. de jurisd. omn. jud.* paria esse, locum esse exemptum à territorio, vel planè ab eo separatum. *per c. cum Episcopus, ubi gloss. de offic. ordin. in 6.* & doctrinam *Joan. Andr. ac Gemmian. in c. 2. de constit. lib. 6.* Quia locus exemptus non est diœcesi *d. c. cum Episcopus.*

18. Esse † autem loca exempta, quæ ad alium superiorem immediatè pertinent, seu quæ alterius sunt jurisdictionis, quàm tota provincia notissimi juris est, *c. Pastoralis 10. de privileg. lib. 6. clement. 2. vid. etiam Bartol. d. l. unic. n. 5. C. de Metrop. Beryt. lib. 11.* Quæ cum ita se habeant, planissimum fit, nullam à dictis Comitibus recte fieri posse illationem, ex præsumptione generalis dominii, quando hæc castrum cum suis pagis non sit illius dominii pars, sed prorsus alterius jurisdictionis & potestatis. Nam illa præsumptio cessat in locis & speciebus separatis vel exemptis, ut ipse *Everard. prælim.* in contrarium loco ostendit *col. penult. vers.* hoc tamen quod dixi limito *& c. per c. cum Episcopus de off. ordin. in 6. & per gloss. in l. ult. C. finc. conf. vel relig.* Ratio quia hic apparet diversitas nominis ex ipsa separatione.

19. Liquet autem, ubi † diversitas est rationis, ibi à toto ne ad partem quidem rectè fieri illationem, tantum abest, ut ad locum separatum, qui non sit pars totius, unde probabiliter inferri possit *Jas. in l. jurisgentium §. adeo n. 4. in 1. limitat. de pact. Everard. prælim. loc. col. 4. vers. ne tamen error, & col. penult. cum ibi allegat.* Unde tradunt DD. ob vicinitatem loci aut distantiam non rectè fieri illationem jurisdictionis, *Montan. cap. 31. fin. reg.*

Nec

Nec impedit, quòd investituræ intelligi debeant salvo jure tertii. Nam hoc non contra Dominum, sed pro eo facere potest & debet. Cum n. ipse & ejus prædecessores atq; illorum authores jã à 300. annis cũ hac jurisdictione fuerint investiti, non debet illis obesse, si postea Comites similem investituram atquisierint. Quia † jus semel Vasallis per investituram quæsitum non potest illis, ne à domino quidem, quo fortius jus habent, *s nlt. qual feud. olim poterat alienar.* amplius auferri. *Bald. Alvarot. Iser. & DD. in c. 1. an agnat. Bald in c. 1. n. 7. de alien. feud. parem. Iser. num. 1. Alvar. n. 2. & † communiter Feudista in c. 1. in princ. de succes. feud Castrens. cons 311. circa n. 2 vol. 1. Bald. cons. 205. propemodum n. 4. vol. 2. & in l. 1. n. 31. C. quand. non potest. pariet.* Nec uni prius concessum auferri & alteri concedi debet. *Bart. in l. impuberes n. 2. de admnist. tutor. Jas. in l. quæ minus n. 10. de flumnib. per l. 2. §. merito, ne quid in loc. pub. cum alijs ibi allegat.* ¶. 20. †

Non obstat, quod de uno actu jurisdictionis possesso vel præscripto, non fiat illatio ad alterum, quando alius Dominus est in generali possessione jurisdictionis.

Nam supra ad sufficienter refutatum est, ostensumque Comites istos non habere illam generalem jurisdictionem in dicto pago, cum non pertineat ad eorum dominium, nec illius pars sit, neque ab eo dependeat; sed moveatur & teneatur ab alio domino majore cum toto castro N. & quod ideo locus planè sit separatus atque exemptus, ut talis theoria hîc nullam vim habeat.

Secunda Quæstionis indagatio.

Quod alteram quæstionem attinet, præsupponendum est hunc rivum seu aquam non esse juris publici, sed privati.

Per-

Pertinet enim ad Comites, qui eam antea in feudum
aliis concesserunt, postea utile dominium ejus emerunt,
21. & ursum alii nobili vendiderunt. Est † igitur hoc pri-
vatum non publicum flumen, quod est & semper fuit in
commercio, & emi ac vendi potest. Nam publica hoc
commercium non recipiunt §. sit. *Inst. de empt. & vend. L
sed celsus 6. l si in emptione 34. § omnium l littera de contrab empt.*
Cum sint de regalibus *c. nunc verb. flumina.* ubi DD. quæ
sint regal. *Jacob. in tract. feud. verb. flumnibus num. 1. & 2.
cum sibi allegat.* & pertineant jure communi ad principem
Bart. ant quò minus n 4. de flumnib. Jacob. præall loc. n 1. Et
aliquin de jure regulariter rivi, qui non procedunt de flu-
mine publico, sed a fontibus vel venis oriuntur (ut iste)
censentur esse juris privati, non publici, *Bart. in tract. ty-
ber verb. flumen, & de insula. verb. præsupp flumen. in princ. per
L sed si rivus ff. fin regun. l 1. § 1. de flumnib. & ibi tit. de rivis
Roffred. in for. lib. eod. tit per totum.* Maximè quando
non sunt in usu publico, sicut flumina publica sunt. *l. 2.
ubi gloss. ad verb, littera. de rer. divis. d. §. flumina Inst. eod tit.*
sed privato: ut in terminis *Barthol. ibidem per l. 2 § hoc inter-
dictum. Ne quid in loc. public. l 1. § fossa. ut in flum publ* Præ-
sertim etiam si oriantur ex capite agri vel dominii privati.
Jas. in l. quo minus n. 37. de flumnibus. Quamvis autem
DD. quidam *gloss l. nemo. verb. flumina de rer. divis. per l. 1.
§. flumium. verb publicum de flumnib. Bart. in l quo minus n.
2. & 22. de flumnib. & in tract. tyberiad. ad verb flumen in princ
Fab. in §. flumina. n. 1 Inst. de rer. divis. & Bald. in l. item lapilli
n. 2. & 5. de rer. divis & in rubr. eod. n 5. & in c. 1. §. si quis de manso.
de contro. in vest. Capell de flumnib. privat in princ. Corne cons 99.
n 5. vol. 2.* definiant, flumen esse publicum, quod perpetuò,
privatum verò quod non perpetuò fluit, tamen hoc re-
probat

probat *Jaſ. in l quò minus. num. 37 de flum* dicens, illud eſſe privatum, quod in privato ortum & per privatos agros diſcurrit. Quod ſequitur *Capolla in tr. de flum. privat. n. 1.* addens etiam, privatum illud eſſe, quod in proprio ingreditur, accreſcit & decreſcit, & propterea ſubjungit, quod etiam publica flumina dicantur privata, cum proprietas vel juriſdictio uni tantum domino competit quia reſpectu aliorum eſt privati juris, illius ſcilicet domini, qui in eo habet juriſdictionem. Idem tradit *Jacobin. tract feud. verb fluminibus. num. 2. l. 9. ex doctrinâ Angel. l. fluminum in princ. de dam. infect.* Quin etiam amplius dicit *Capolla in tr. de aquæduct. n. 28* quod ſcilicet, flumen ſeu aqua privata ad dicatur, cenſeri debeat tribus modis primò, ratione originis, quia habet ortum in fundo privato *l. aquam l. præſens C. de ſervit. l. ex meo l. via §. ſi lacum de ſervit. ruſtic. prædior. l. ſi quis duturna ſi ſervit. vind.* Secundò, ex Principis conceſſione *l. 2 in princ. Ne quid in loc. publ.* Tertiò, ex conſuetudine vel præſcriptione *l. 1. §. item q. & §. ult. cum l. ſeq. de aqua pluv. arcend l. 2. cum ibi notat C. de ſervit.* Sed de his non attinet hic diſputare plurimus, cum ſecundùm utramq; opinionem, hæc aqua inveniatur eſſe juris privati.

Nam Rivi, quos Germanicè **Bach und Fiſchbach** vocant, ejuſmodi ſunt ut ex fonte Capitis privati & in agris alicujus oriantur, deinde creſcant, & decreſcant, nec fluunt eodem modo perpetuò, imo æſtate non raro prorſus exareſcunt, ſicut vulgo notum eſt, & experientia teſtatur, ut juxta prætactam gloſſam & Barth. opinion. merito debeant juris privati perhiberi, per ea quæ tradit *Bart. in l. quò minus n. 22. de flumin.* Deinde hæc ipſa aqua non eſt juris publici. Publica n. flumina non ſunt in commercio, neq; alicujus vel proprietate, vel uſu, ſed jure gentium pu-

blicia uſibus omnium ſerviunt. § *flumina Inſt. de rer. diviſ. l. riparum de rer. diviſ. l. adeo 7. §. inſula. verſ. quod ſi de acquir. rer. dom. l. præſcriptio. de uſucapion. tot tit. de flumin.* proprietate verò ſunt nullius, quamvis quoad protectionem ad principem ſpectant *gloſſ. ult. in l. 2. ubi. DD. de rer. diviſ. Fab. in d. §. flumina. Jacobin. præall. 1. n. 1. & 4.* eoq; nec in emptionem vel commercium cadunt. § *ult. Inſt. de emt. & vend.* Atqui hic rivus eſt juris privati, & quoad proprietatem, quia in dominio privato tenetur, & in feudum conceditur, venditur, emitur, &c. & quoad uſum quoniam nulli ibi piſcari licet quàm domino, quod ipſum arguit privati juris eſſe hanc aquam *l. injuriarum 13. §. ult. in fin. de injur.* Quia in fluminibus publicis omnibus piſcari licet §. *flumina Inſt. de rer. diviſ. d. l injuria. § ult.* adeo ut nec domini terrarum prohibere poſſint, quin privatis ibi piſcari liceat. *Fab. in d. § flumina n. 4. Jacob. in tract. feud. verb. cum piſcationibus n. 2. & 3. per l. 3. §. plane ff. quod vi aut clam.* Cum igitur hic non congruat definitio fluminis publici nec congruere poteſt etiam definitum jurib. vulgat. Et proinde cum flumina aut publica ſint aut privata. *l. 1 fluminum ubi gloſſ. ad verb. publicum. de flumin. DD. communiter in d. l. quo minus eod. tit.* hoc autem non ſit publicum, ut jam dictum eſt, neceſſario ſequitur ex doctrinâ contrariorum, quod ſit privatum.

Rationes dubitandi in ſecunda Quæſtione.

Hoc igitur poſito, conſequens eſt videre, cujus hæc aqua ſit, non quidem extra pagum (de ea enim non eſt quæſtio neq; dubium, quin eatenus ad dictos Comites & Nobiles ab N. pertineat) ſed quatenus per dictum pagum fluit. Et

Et videri poterat primò intuitu ad dictos Comites & Nobiles emptores pertinere. Nam cum eorum sit, hæc aqva tam supra, & antequam in pagum labitur, quàm infrà, postqvam extra pagum iterum defluit, præsumitvè etiam medium ad eos pertinet. Ex finibus † enim & extremis duobus concluditur de medio *Bart in l. Celsus n. 20. & 21 de usucap.* & ut ante ostensum est, qui dominus est totius, intelligitur etiam dominus esse partis, & in eo intentionem habet fundatam *c. cum Episcopus de off. ord. lib. 6. cum alijs supra allegatis.* 22.

Nec obstat, qvod hæc aqva fluat per pagum alienum.

Quia † hos fit naturali cursu aqvæ semper petentis loca inferiora. Cum autem aqva per seipsam defluit & discurrit absq; hominis facto, tunc intelligitur jure naturalis facultatis defluere, qvo casu etiamsi per mille annos per se fluit, ut eleganter & latè *Cepoll. de aquæduct. n. 57. ex doctrinâ Bald in c. 1 § si qua de manso. n. 21. de contro. inves. gloss. in l. Proculus de dam. infect. Bart. & Castrens. in l. flumina. § item videamus. eod tit Bart. in l. 1. § sicut aut. n. 4. de aqua plur. arcend.* Qvamqvam autem hæc jura loqvuntur de aqva subterraneâ; tamen idem est in aquâ, qvæ sæpe terram discurrit, sine facto hominis, & absq; jure servitutis. 23.

Quia † paria sunt jura infra & supra terram, ut Cæpolla, in terminis dicit *pro all. loc. n. 58. per l. 1. C. de interdict. & doctrinam Bald. in l. item Lapilli. de rer. divis. Castrens. in l. divortio. § si fundum solut. matrimon. & alia qua allegat.* 24.

Sed neqs potest Dominus ullam hic præscriptionem allegare, cum intendat hanc aqvam suam esse; qvod autem qvis pro suo, ut dominus, possidet, id nunqvam præ-

scribit, cum aliena non propria præscribantur *l. 4. §. Iuna. ubi gloss. ad verb. Statim. de usuca.*

Rationes decidendi.

His tamen non obstantibus contrarium est in præsenti casu statuendum. Nam imprimis est in aperto, Dominum cum suis prædecessoribus non simpliciter de domino hujus pagi, sed dicere cum piscinis etiam in aquis piscatoris investitum esse. Quare cum hæc aqua immediate transeat per dictum pagum, qvatenus transit, de eâ simul videri debet investitus.

25. Nam primum concesso † aliquo castro aut territorio, intelliguntur unà concessa esse flumina & aquæ, quæ per locum fluunt. *Capoll. de flum. publ. n. 11. per doctrinam Bald. in cap. 1. n. 1. & 2. de cap. qui cur. vend. & cap. 1. §. si quis de manso. n. 16. de controver. Invest.* præsertim quando aquæ sunt juris privati *l. Iunes. 16. ubi gloss. ad verb. faluenter. l. fundi 18. ubi gloss. ad verbum. Castella. de action. emt.*

26. Secundo, aquæ † privatæ, qvalem hanc esse supra ostensum est, ejus juris sunt & qualitatis, ut qvatenus per alicujus agrum fluunt, eatenus illius esse intelligantur, licet ex alieno fundo descendant, & in alienum exeant ac refluant; unde definitum flumen esse privatum quatenus in suo ingreditur. *Bald. in d. L. rem lapilli. 2. concluſ. num. 1. 2. cum ſeq. decer. divis. Capoll. de flumin. privat. n. 1. ad idem Bart. in l. qui minus n. 25. de fluminib.* Ubi expresse dicit, qvod qvando aqva intravit in suum agrum, possit decaface re dominus quicqvid vult & *in tract. ryber. ad verb. flumen. n. 2.* definit, talem aqvam esse eorum, per qvorum agros fluit, ita ut sit vicinorum communis, qvando in confinio transcursum habet. Et apertius *in tract.*

de

de insul. verb. prorupit flumen num. 3 defendens rivum privatum esse, & qvidem eorum, per quorum agros fluit *per l. sed si rivus ff. fin. regund.* Ad idem *Bald. in l. aquam 4. C. de servit. n. 1.* Nota, *inquit*, qvòd aqva qvæ in meo oritur, mea est, *l. in concedendo. de aqua pluv. arcend.* sed qvid si non oritur in meo, nunqvid postqvam ingressa est in meũ, possum de eâ facere qvicqvid velim. Respondeo, qvod sic, *ut l. 1. §. illud. de aqua quotid* Idem *Bald. in cap. 1. §. si qua de manso in 2. de con. invest.* ubi ait, qvod qvædam aqvæ non ratione occupationis sed ratione territorii fiant alicujus; ut fossata inquit per agrum alicujus currentia, sicut est rapo & meloncellum, ut dicit glossa. Et sic nota quod non de fossis manufactis sed rivis privatis natu altibus fluminibus loqvatur. Nam illa sunt ejus vel illorum quorum prædia sunt, cum alveus eorum non sit publicus sed privatus *Capell. in tract. de aquaduct. num. 41.* Et idem *Bald. in l. item lapilli. de ver. divis. num 1. in 1. conclus.* definit, illud esse proprium cujusq; flumen qvatenus sua possessio, per qvam aqva fluit, se protendit. & dicit, qvod † de eâ aquâ potest quis facere juxta velle 27.
suum. Et *in c. omnes num. 2. de constitut.* ubi in fortioribus terminis loqvitur, videlicet cum caput aquæ est publicum & tamen inquit; qvod postqvam aqua transit & est in prædio Titi, ipse sit Dominus aquæ, & possit de ea facere qvod velit. Nam cujus alveus est privatus, ejus quoq; aqua privata, *l. 1 §. 2. de fluminib. l. si præses l. manu fusti l. 1 C. de servit.* Ad idem *Jason in l. qui murum num. 91. de fluminib.* ubi ait, postquam aqua pervenit in agrum Titi, quod Titius ejus fiat Dominus, & de eâ secundum suum velle, facere possit *per l. 1. §. permittitur l. lucro de aqua pluv. arcend. l. Proculus de dam. infect. Capell. in*

rasil. de aquæduct. n.41. & Alexand. Consil.107. in causâ num. 2. vol 2. ubi diserte inquit, quod postquam incipit aqua fluere per locum alicujus privatum, efficiatur illius privati: *per l.1 de fluminib.* & ideo, *inquit*, is ad quem spectat locus ille privatus, potest de illâ aquâ facere velle suum, etiamsi per quandam consequentiam noceat. *l. precibus de damn. infect.* Et pro eo bonus textus *in l.1 §. illud de aqua quotid. & æstiv. quem Bart.* dicit esse notabilem & adhoc ab omnibus allegari, quod scilicet Dominus quisq; efficiatur aquæ, ex quo illa in fundum suum ingressa est *gloss. in l. 4. verb. pervenit in fin. C. de servitut. & in l. cum essent §. per plurium in fin. ff. de servit. rustic. prædior. Bart. in d. l. quo minus n. 23. Bald. in d. l. aquam, in princ.* Et ita per illum text. Doc. consulunt & confirmat, scilicet, quòd postquam aqua ingressa est alicujus agrum, ejus efficiatur, quatenus per ejus territorium vel agrum fluit *Dec. cons. 244. in quæstione num. 2. & 3.* Et pro eo *text. in l. 1. §. idem ajunt. De aqua pluv. arcend.* quem text. in illâ materiâ ponderat & dicit aureum *Jason in consil. 170. quod num. 6. col. penult. vol. 2.* Quare cum hæc aqua & rivus intret in pagum territorium Domini proprium, sequitur etiam ejus esse & ad eum spectare, quatenus per fines & agros ac districtum ejus transit, etiamsi antequam in illum perveniat & quando exivit alterius, pro diversitate Dominorum esse incipiat.

Tertiò fundatur hæc intentio domini possessione ac præscriptione jurisdictionis, quam in dictâ aquâ hactenus exercuit & præscripsit. Nam actus hujus exercitæ jurisdictionis ante 36. annos usurpati allegantur, & ostendi possunt; unde cum jurisdictionis possessio semel usurpata sit, & illa etiam per unum actum probetur *Bald. in l. si aquam num. 17. C. de servit.* ac præsumatur esse con-

continuata *Bart. in d. l. Celsus n. 20. 21. & 22. de usucap per l. sive possidetis C. de probat.* liqvet præscriptionem per spatium tot annorum esse jam completam per ea, quæ supra sunt allegata. Porrò qvi † habet jurisdictionem alicujus a- 28.
qvæ vel loci, is præsumitur ejusdem esse Dominus. *Paner. cons. 62. num. 15. vol. 2. Menoch. tractat. fin. regund. cap. 12 n. 3.*

Qvartum confirmatur ex jure piscationis, qvod Dominus in illa aquâ, qvoad per suum pagum & districtum fluit, habet & perpetuo exercuit, Excepto qvod nunc primum in istâ piscatione turbetur. Certum enim est, qvod † in alieno nemo sine jure servitutis piscari possit, 29.
domino prohibente *l. injuriarum 13. §. fin. de injur. Alex. & Imol. in l. 3. §. norma. De acquir. possess per l. Divus, ubi gloss. de servit. rust. prædior.* & nemo facile consentire nec prohibere velle, ut qvis in suo piscetur, sit præsumendus, cum nemo præsumatur jactare suum *l. cum de indebito. de probat.* Quare † hæc aqua præsumi debet potius piscantis, 30.
qvi nullo prohibente tamdiu in eâ piscatus est, esse, quam aliena. Quia nemo intelligitur in dubio jure servitutis aliquid usurpare. *Schurff. cons. 1. cum venationes. n. 23. centur. 3. per l. 1. in princ. & §. hoc interdictum, de itin. act. privat.* Sed potius jure Dominii & suo. Quælibet enim res præsumitur libera, nec servitutes præsumuntur, nisi probentur. *l. alium. ubi gl. & DD. C. de servit. Schurff. cons. 69. n. 1. centur. 1. & d. cons. 1. n. 23. cent. 3. per doctrinam Bald. in c. non omnes de constitut.* Qvare vel ex hoc jure piscandi intentionem D. fundare rectè potest, qvod jus nedum in suo haberi, sed etiam in alieno vel publico præscribi ita potest, ut qui longo tempore usus sit, alium prohibere possit, nec ibi piscetur.

Reso-

Resolutio Rationum dubitandi In II. Quæstione.

Ex his ergo quatuor fundamentis cum jus Dominii, quod in aqua seu rivo habet, quatenus fundum dominum transit, sit sufficienter, stabilitum & confirmatum, paucis ad contraria respondeamus.

Non igitur obstat, quod hæc aqua privata sit & exterritorio dictum Comitum oriatur & sit illorum. Hoc enim pro Domino est, non contra illum. Ut enim quatenus oritur hæc aqua & transit territorium Comitum ex theoricâ supra adductâ ad illos spectat; ita quando & quoad fluit per districtum Domini, ejusdem quoq; esse debet per jura supra adducta. Quo enim quisque jure vult uti, debet pati & adversarium uturpare. *tot. tit. quodcunque juris.* Nec † enim inspicitur caput aquæ præ- 31.
cipuè, sed meatus, & decursus, ac proprietas & qualitas locorum, per quæ currit, & secundum eorum proprietatem de dominio aquæ judicare debemus. *Bald in c. 1 §. si quis de manso. num 8. & 9. de controv. investit. Capoll. in tract. de aquæduct. num 24. Jason. in cons. 150. quod opus. num. 2.*

Non obstat, quod qui Dominus est totius, intelligitur etiam Dominus partis. Nam primum supra dictum est, eam regulam non obtinere, quando diversa est totius & partis. Hic autem ratio diversa est, quia aqua supra & infra pagum ad Comites pertinet, propterea quòd per eorundem territorium fluit; sed in medio, de quo est quæstio, non fluit per illorum territorium, sed per agrum N. Ergo cessat ea ratio. Quia hactenus fluit per territorium alterum, unde & alterius nempe domini loci censeri debet, per ea quæ supra sunt allegata. Deinde negare

gari poteſt hæc aqua eſſe pars totius. Cum enim decurrat per alterius agrum & alienum dominium, quod plane eſt à territorio Comitum ſeparatum, & ab altero feudi domino recognoſcatur, ſequens eſt, perinde aquas, quamvis coherentes, diverſas & ſeparatas eſſe pro ſeparatione dominiorum, per quæ fluit, ſicut terras, quamvis conjunctas, pro diverſis & ſeparatis haberi diximus, quando ad ſeparatos Dominos pertinet, vel à diverſis recognoſcuntur. *Barth. in d. l. unic. C. de metrop. Beryt. lib. 11.* ut patet ex locis ſuperioribus, quibus probavimus, rivos & aquas dividi in diverſa dominia & proprietates prout diverſi ſunt Domini fundorum, quos attingunt & diluunt.

Non officit, quòd aqua, quæ naturaliter & jure facultatis fluit, nullum jus inducat. Nam hoc intelligunt DD. de jure præſcriptionis, quod in alieno quæritur, hic autem agimus de jure proprio, quo naturali ratione cujus eſt alveus & ripa, ſeu terra rivi, ejusdem etiam ipſe rivus & aqua pei fluens eſſe cenſetur. Nec hic agitur de jure in alieno quærendo, ſed de ſuo conſervando.

Non advertatur, quod res propria non præſcribatur. Nam hoc verum eſt in re, quæ revera propria eſt ſic ut ejus dominium oppugnari non poſſit; Cæterò qui, quando illud in dubium vocatur, poteſt is, qui ſe dominium intendit allegare, ſe pro ſuo uſurpaſſe, quod ut ſuum poſſedit & uſurpavit *l. 1. l. ult. & tot. tit. ff pro ſuo.* Et hæc ad dilucidationem ſecundi controverſi capitis ſufficiant.

Tertia Quæſtionis enodatio.

In tertio caſu extructi novi molendini decidendo,

do, præsupponendum est, aquam quatenus & quamdiu fluit per pagum ad Dominum pertinere, non ad Comites, prout superiore in quæstione dilucidatum est, nec hic necesse est repeti. nam decisio illius quæstionis est hujus fundamentum. 32. Etenim † si aqua ibi esset Comitum & non Domini, jam certo consequeretur, non potuisse eum in alieno clusam aut molendinum facere domino invito textus est ad literam *in c. cum olim abbas* ubi hoc notat *Bald. n. 2. de aqu. in leg. & Jas. in l quo minus n. 5. ff. de flumin.* quin cedat lucro domini, sicut quodlibet ædificatum. *Jas. prælig. leg.* juxta regulam *l. si quis scient. C. de rei vend.* § *cum in alium Inst. de rer. divis.*

Quia verò in suo rivo ac fundo dominus hanc molam extruxit, liquet, ei hoc per vicinos non posse prohiberi, dato quod illis lucrum decedat, dummodo cursui aquæ nihil noceatur *Jas. post Bart. n. 18. & passim l. quo minus de flumin.* Cum aliis cum adduxi *supr. cons. 24. n. 18. cum multis seq.* multo minus potuisse Comites, qui opus novum non nunciarunt *ff. & C. & Ex de nov. oper. nunc.* de facto & armata manu extructum molendinum destruere *contra l. extat: quod mei. cons. vid. Bald. l quemadmodum §. 1. ad L. Aquil.* proindeq; restituere illud factum ante omnia dicto Domino cum damnis *l. si quando C. unde vi l. 1. 3 & passim de vi armat.* possis debebere *l. 1. & tot. tit. quod vi aut clam. & d. n. de vi armat.* quæ damna propter vim potest dominus sumare, & coguntur Comites ea refundere, nisi quatenus jurejurando suo diminuarit ex notissimo juris usu.

Nec obstat, quod allegatur ex adverso, ante annos plus minus 31. quendam rusticum pagi voluisse molendinum facere, sed fuisse à Dominis vicinis prohibitum co-

actum

actum desistere, unde videtur probabile jus esse præscriptum, ne ibi mola nova constitui possit *Jas. l. quo minus 2. 30 de fluminis Schurff consil. 49 n. 20. centur. 1. Angel. §. flumina Inst. de rer. divis.*

Nam responderi potest primò quod hoc in facto consistat, quod non tantum allegandum sit, sed etiam probandum. *l. asseveratio. C. de non num. pec.* Unde & prohibitio non præsumitur facta, nisi probetur. *Specul. de probat. § 1. n. 4.* Deinde quod ut maxime probari possit, non tamen impleta hic sit juris prohibiti ex statuto Sax. præscriptio, ut ex allegato tempore apparet; cum hoc jure ad præscriptionem requirantur anni 31, & aliquot septimanæ, ac in præscriptionibus † necesse sit, tempus esse per- 33.
fectè completum, ita ut de momento ad momentum computetur, *gloss in l. 3. §. minorem ad verb momentum. De minorib. per l. in usucapionibus. De usucap. l. in usucapione in princ. de diverss. & tempor. præscript. l. in omnibus temporalibus. De action.* & punctualiter probari debet, quia est de substantia præscriptionis. *Capell. de servit. jurispascend. n. 16.* Tertiò, quamvis † unus rusticus prohibitus esset, & voluntariè acquiviscet; non tamen propterea contra totam universitatem jus negativum esset præscriptum; Cum aliud sit universitas, aliud unus, vel singulares homines de universitate *l. sicut 7. § si quid.* Quod cujusq; univers. *Bart. in l. aut facta § nonnunquam 3. & 4 ff. de pœn.* Et factum unius universitati nocere non debeat *Bart in d. l. aut facta §. nonnunquam n. 8. de pœn.* Et præscriptio † contra unum acquirentem inducta, non noceat alteri, qui non sit in eâdem 34.
causâ vel facto *l. si ædes 31. ubi gloss & Bald. de servit. urb. prad.* ubi ipse JC. utitur hoc argumento, quod sicut pactum unius non nocet aut prodest alteri, ita nec præscriptio. Sunt

35. † enim præscriptiones, ut iniqvum præsidium, in' authen. ut ecclesia Rom. odiosæ & strictissimi juris, eoq; nec ad alias personas aut res extendendæ. *c. audivi. & cum olim de præscr. ubi Cardin. in princip. vol. tit. Innocent. cap. tua. in fin. de dot. Scharff. latè cons. 86. ad claro, n. 8. cent. 2. Zas. Consil. 16. ora-*

36. *n. 53. volum. 2 Paris. Consil. 114. n. 24. 25. vol 1.* Quare † sicut possessio & usurpatio certorum hominum de universitate non acquirit nec præscribit universitati jus servitutis, si appareat, quòd universitatis nomine possederint, ut pe-

37. multa probat *Capolla de jure pascend. n. 25. 26 27.* nec † præscriptionibus quicquam privatorum factum prodest universitati, vel in acquirendo vel conservando jure. *Montan. in tract fin. regund. cap. 2. n 9. per l. sicut. quod cujusq; univers. cum aliis per eam allegatis.* ita contrà unius hominis patientia, & quod ille acquieverit in prohibitione sibi facta, non debet nocere universitati, ut contra illam ex eo deberet videri jus negativum esse præscriptum. & ex doctrinâ contrariorum, & quia actus particulares hominum de universitate universitati non prodesse ita nec nocere debent in præscriptionibus. *Bald. Consil. 373. in princ. vol. Corn. consil. 333. Capio n. 29. & cons. 148. Viso in fin vol. 1 & cons. & in hac vol. 4. & cons 294. multa vol. 3. Paris. cons. 27. n. 73. vol. Montan. tract. fin. regund. cap. 72. n. 4 & 5.* pro quo facit doctrina *Baldi in l. 2. n. 42. C. de serv.* ubi pluribus firmat, quod

38. † unus de collegio vel universitate non possit jus [illegible] sessionem, nomine universitatis per suam pat[illegible] negligentiam perdere. Quia non habet possessionem universitatis, sed illa ut singularis persona utitur, [illegible] nec perdere illam potest & *post n 12. & 13.* firmat, qu[illegible] præscriptionibus non fiat extensio de personâ [illegible] nam, constat autem & universitatem person[illegible]

tas.

tate *Barth. in d. l. aut fulla §. nonnunquam. n. 2. & 3. de pan. l. proponebatur. de jud. l. an usufructus. De usufruct.*

ri Rom. concessum audiam, in fero: idem omninò, neq; aliud in Insula statuendum. Non enim solum eadem utrobiq; ratio, sive von einer Anlage/ Werder oder Hügel agatur, sed & in usu juris nostri jus alluvionis dici & referri solet ad omne genus incrementi, sive latens sit, sive evidens, sive discretum, ut insulæ, imò ipsæmet insulæ fieri dicuntur per alluvionem. *d.l. ergo §. tribus modis. ibi.* cum paulatim coalluendo locum eminentem supra alveum fecit, & alluendo auxit. Item in agris limitatio non habere locum jus alluvionis dicitur. *l. in agris d.eo.* & ideo insulas eas acquiri negabat, *Ulpianus in l. 1. § si insula de fluminibus*, ut inde *Aym. Parmens. d l b. l. c. 5. n 9.* dicat, audere se certo affirmare, & alluvionem & alveum, & insulas acquiri re alluvionis & sub ejus juris appellatione contineri, ad quod confirmandum allegat & *d. l. ul. C. de alluv. & quæ pro à se sunt, c. 3. §* l. n. 10. Ratio etiam dicitur, cur aliud in insula, aliud in alluvione stricte sumta, statui debeat, assignari non potest: proinde idem utrobiq; jus valere debet, *l illud ad L. Aquil.*

IV. Magna ratio est, cur etiam, post distincta rerum omnium dominia, in usu manserit apud Romanos, & à juris auctoribus retenta fuerit distinctio rerum communium & publicarum, à privatis. Ne igitur commiserimus, ut hanc insuper habuisse, aut prudentiores eteros esse voluisse videamur. Vetus est agitatum sermone proverbium: non esse movendos terminos antiquos, quemadmodum male faciunt, qui omnium rerum indecunt communionem, & mihi volunt esse privatum: sic non peccant minus, qui omnium rerum sublatâ communione, inexplebili avaritiâ ducti omnia privata esse volunt, nihilq; commune, vel publici juris relinqui patiuntur.

ur. Contra quos olim & hi, qui Reipublicæ guberna-
cula moderabantur, pugnârunt, ea, quæ publici juris fue-
rant, & privatis usibus mancipata reperiebantur, in pu-
blicum vindicantes, & in pristinam libertatem asserentes,
prout ejus rei memorabile exemplum extat apud *Plu-
arch. in Themistocle, & Portio Catone, Item Liv. lib. 9. decad. 4.*
& ex nostris meminerunt *P. Ared. Rer. ab omni ævig. Judic.
ib. 1. tit. 6. Renat. Choppin. de domen. lib. 1. cap. 16. num. 7.* Nam
pud Græcos Themistocles, & Romanos M. Porcius Ca-
o & L. Valerius Censores, omnem aquam publicam, seu
ontium & aquæductuum, seu fluminum publicorem, in
rivatum ædificium, aut agrum fluentem, ademerunt, &
quæ in loca publica ædificata, immolatave habebantur,
ntra 30. dies demoliti sunt, additâ memorabili sententiâ:
t nihil mortales à dis immortalibus usucapere: sic nihil
rivatos earum rerum, quæ publici juris sunt, sibi ullo
empore assumere, aut vindicare posse. Cumq; de mo-
erandis olim Tyberis exundationibus, sub Tiberio, con-
ultratum esset, placuit similiter, in flumine publico nihil
utandum. *Tacit. Annal. lib. 1. & in editione Annibalis Scoti
um Commentar. colum 109. Et sub tit. de aquæductu. C. lib. 10.* Im-
eratores Theodosius, Valent Constantius, idem rescri-
serunt; ac disertè *Imperator Zeno ut diligenter. 9. eod.* mo-
et, diligenter investigandum, qui publici ab initio fontes,
el cum essent ab initio privati fontes, postquam publicè
sum præbuerunt, ad usum privatorum conversi fuerint,
e quod publicum aliquando fuit, privatum maneat, aut
fficiatur. Et cogitemus paululum, quæ ratio ad hoc
eteres consultos movere potuerit, ut rerum communium
t publicarum distinctionem à privatis retinerent. Sunt
nim res communes ejusmodi, quæ nullis terminis & limi-
tibus

tibus secundum naturam quoque, secerni queunt, neq
qvam stant, sed semper eunt, & redeunt, ac vi
natura
hæc ipsa consulto ita finxisse, ut ejus, ad qvam genus
homines universi, fœderatus & communionis exemplum
inter eosdem in hoc universo, frigescente alioqvin,
nimium charitate Christianâ, vel potius simulacrum ali-
qvod maneret, nec ab avaritiâ hominem penitus prava illa & naturalis instituto obliteraretur. Patet eam latissimè hæc societas, & proinde rerum istarum, qvæ ad communem usum hominum natura genuit, servanda communitas est, qvam & *Cic. offic. 1.* urget maximè. Publicarum rerum similis ratio est, ubi in publico reli
qvædam necesse est si politiæ jura sarta tecta
vare volumus, si qvid sit homo & πολιτικὸν ζῶον, intelle-
xerimus, qvæ ab omnibus Rerum publicarum institu-
tibus non sunt neglecta, *Aristot lib 2. c. 1 & ſe.* Sunt
dam publice utilia, qvædam privatim. est
est & privatum. *l. 1. §. hujus studii. de just. & jur.* Proinde,
publica tollunt, & privata omnia faciunt, videan
tandem habituri sint Rempubl qvæ verius res
appellanda, neqve communitatis sed singularitatis
ne aut Monachatus vocanda, Imo nulla, ac ne co
ne qvidem, fingi Respublica potest, quæ n
no habeat publicum, commune, *Joan. Bapt. de Rep.*
cap. 1. pag. 14.

V. Ne qvis putet, ad Jurisprudentiam Ro
falcim hæc convenire, postea autem, mutato eu
re Imperio, aliud jus invaluisse, ubi flumina pub
patrimonio Principum omnimodò esse coperint, de
qvoq; non nihil videndum est. Et sane n
tur, jus alluvionis expresse abrogatum. Qu m
re ad-

re adhuc, ex non dubiis argumentis liquet. Nam licet fluminum publicorum concessio etiam in ipsa Italia, cum feudorum consuetudinibus, invaluerit jus tamen alluvionis nunquam expresse concessum reperitur. Quinimò sunt, qui etiam hodie in regno Neapolitano, & Ducatu Mediolanensi jura civilia, quoad flumina publica sint Regum, Baronum & Vasallorum, ab iis causam habemium, usus tamen nihilominus communis maneat, secundum *Andr. de Isern. in tit. quæ sunt regal. verb. flumina. Affl. ibi, Capic. in investit. feu. verb. flumina Franc. Kirmæ decis. 344 n 1. & se. lib. 2. Vincen. de Franch. decis. 183. n. 4 lib. 1. Ægid. Bossi. in pract. tit. de aquis & fluminib. n. 1. 4. & 32* De regno Hispaniarum idem attestatur *Roderic. Suarez. in consil. de usu maris*, ubi locum ex Legibus partitis refert, distinctionem rerum communium & publicarum retinentem, *nu. 14.* & faciunt scripta per *Fernan. Vasq. d. l. 2. c. 30. n. 40. & Faber ex usu Galliæ asserit*, Francicis Baronibus non licere jus piscandi in flumine privatis indicere & ita à curia Franciæ vulgò observari. *§ flumium Inst. de rer. divis. Rhenat. Choppin. de doman. lib. 1. c. 11. n. 6.* & imposita olim fluminibus publicis vectigalia à Carolo Magno, abrogata magna ex parte leguntur, *LL. Franc. l. 3. c. 12. 13. Choppi ibi n. 3 Cuj. ad tit. quæ sunt regal. vectigalia. p 292.* Neq; Septentrionalium populorum alia opinio unquam fuit, quemadmodum provisionis literæ à Rege Polonię Sigismundo An. 61. &c. Gothardo primo, Curlandiæ duci datæ testantur, in quibus inter alia verba hæc leguntur in Duna fluvio, quæ insulæ sive medianes alteri parti viciniores sunt, apud eandem partem maneant. De Germania quid aliud in hac causa, quam juris Saxonici testimonium afferemus? Illud verò etiam expresse

conservat jus alluvionis vicinis prædiis, neq; dominis jurisdictionalibus commoda fluminum omnia, & præsertim fluviatica incrementa, præcipua esse patitur Land-Recht *lib. 2. art. 16 & gl. artic. 28. n. 3. 10. & artic. 28. cod.* piscatio in flumine publico publice patere debere dicitur. Lehn-Recht. *c. 7. cum gloss. ib.* & secundum hanc sententiam, ut videlicet insula in flumine publico nata, pertineat ad eum, qui prope ripam prædia possidet, judicatum esse in Saxonia, appa. et ex sententiis, post jura feudalia collocatis *fol* 117. *b.* Quocirca hisce non dubiis argumentis standum etiam in proposito erit, ne quis prætexat, aliud per consvetudinem invaluisse.

VI. Quod si maximè rem esse dubiam quis asseveret, & non privatis vel publicis rationibus flumina asscribenda essent, adhuc nondum satis liquere contenderet, quid qvæso in re dubia tandem constitueremus? Num privata publicis aut communibus præponemus? An non ad jus primarium reditus favorabilior & melior? *l. fluvius, §. pactus de pact.* Certè in comparatione ejus, quod melius, utilius, æqvius est, (velut si de agro compascuo & locis communibus agatur, manere in usu publico, an singulis assignari debeant) æqvus rerum æstimator priora profecto posterioribus anteponet, hoc est, publica privatis, & prorsus ea, qvæ communia sunt, quod diligenter monuit *P. Æredius lib. sing. de Orig. & author. rer. judicat. post princ.* & qvemadmodum publica utilitas privatæ anteferenda, sic *Interpp. nostri in l. 1. sibi mar.* non inutiliter tractarunt.

VII. Quia de interpretatione Concessionis principalis quæstio proposita est, optimum facto erit, quæ alioqui in dubiarum concessionum interpretatione adhiberi

beri solent; non negligere, in quibus vel præcipuum est, quod Princeps nunqvam concedere aliquid intelligitur, in tertii præjudicium, etiam tunc, cum de loco publico fruendo, vel flumine publico agitur: exceptum enim intelligitur damnum, & injuria vicinorum & accolarum, *l. 2. §. merito. 7. §. si quis à Principe, ff. l. 3. §. 1. l. 4. ne quid in loco publico. l. quo minus l. ult. de fluminib. l. 1. §. sunt qui 3. ne quid in flum. public.* cumq; magna vicinorum captio futura esset, si alluvionum injurias & damnum sustinere cogerentur, neqve contra incrementis gauderent, non debet videri Princeps id voluisse, qvod cum tam magno præjudicio vicinorum esset conjunctum, argumento in hisce concessionibus usitato, secundum *Mevio de præsumt. lib. 2 præsumt 9. n. 1 & ſq.*

VIII. Licet expresse jus alluvionis exceptum non esset, tamen tacite satis de eo cautum videri posset: Nam ita videmus, etsi de locis, qvæ jure gentium omnibus vacant, in venditione nihil dictum sit, nihilominus ad ea emtorem agere non posse, atq; ut veneant in venditione, diserte ea, veri solere, ut loca publica in modum cedant, *l. littera de contrab. emt.* qvemadmodum de rebus sacris, religiosis & publicis similiter interdum excipiendis caveri constat, *l. pacta conventa 72. §. 1. de contrab emt.*

IX. Celebris est regula Interpp. unumqvemq; in qvacunq; dispositione censeri tantum illud jus transferre, qvod ipse habet, *l. qui tabernas 32* ubi *Dd. de contrahen emt. & in l. 5. de leg. 1 l. Sticho, de usufr.* legato & cum in re concessa reperiuntur respublicæ qvarum usus ad privatos pertinet, has non videri concessas & quamvis, qvæ in patrimonio sunt fisci, vendita intelligantur, neqvaqvam tamen sub his

contineri, quæ in usu sunt publico. *d. l. qui tabernam ff. d. l. quæsita §. 1. in fin.*

X. Diligenter retinenda etiam in proposito est distinctio earum rerum, quæ sunt in patrimonio Principis, & in usu publico *l. publ. §. 1. l. 2. §. 1. 2. ut quid in loco publico, l. quæ nunc, de flaminibus. Jacob. Raevar. d. lib. 4. variar. c. 4.* & male faciunt, qui jura populi & principis confundunt. Cum præter ea, quæ principi concedantur nihilominus quædam populo & Reipub. relinqui necesse sit, *Bodin. de Repub. lib. 6. cap. 2. pag. 2. Bodin. de Dominio Franc. lib. 1. cap. 1. in princip. & Hist. Franciæ. Hotom. illustr. quæst. c. 1.* Ergo his convenienter dicendum est, jura alluvionum ad principem, pro potestatis suæ, non pertinere licet de his disponendi facultatem habeat. Nam ita de rebus nemini quidem communibus, disponit Romana jurisprudentia, neq; tamen ideo ea Principibus Romanis eadem largitur *l. littera §. 1. ne quid in loco publico* cum similibus supra allegatis.

Retineo igitur hanc & amplector libentissimo animo, sine cujusq; tamen præjudicio, ut verierem, & Reipub. utiliorem, eandemq; supra dictis rationibus latis defendi arbitror, quemadmodum & in specie comprobatur per *Baptist. Aym. Parmens. de alluvio. lib. 1. cap.* 11. Sed operæ pretium est, nunc his quæ pro contraria opinione allata sunt, respondere. cum objectis non satisfacere, elatæ ingenii esse putetur. Ergo movere nos non debet, quod dicebatur

I Flumen hoc, & Muldam Misnicam, flumen esse privatum, non publicum. Nam in quæstionibus controversis, propria maximè significatio spectanda est, & licet non absq; negotio, fluminum publica definitio investigetur, facile

secundum *Parmen. d. lib. 1. c. 11. n. 2.* Tamen *n. 13. ibid.* dicit, quinq; modis id cognosci, videlicet, si sit navigabile, sit perenne, aut ex magnitudine, aut ex communi & publico usu, vel per circumcolentium existimationem. *l. 1. ne quo minus, ne quid in flum. pub.* & probat *Steph. Fort. dial 34. n. 1. & se. Rolan. à Val. cons. 97. n. 1. & seq. lib. 3.* quæ cum Muldæ nostræ etiam conveniant, cur non & fluminum publicorum numero comprehendi possit, haud video. Neq; enim solam magnitudinem, aut navigandi commoditatem perpetuam spectamus, sed aptitudinem & existimationem vicinorum, seu magis usum publicum. Atq; hæc propria est fluminis publici definitio. Idem tamen flumen publicum, certo quodam respectu, interdum privatum appellatur, videlicet ratione proprietatis & jurisdictionis *d. l. litora. ne quid in loco pub.* Unde fluminis proprietas in dominio Principis etiam dicitur, & potestatem habet Princeps concedendi, ut in flumine publico ædificare & aquam inde extrahere liceat. *d. l. quo minus Aym. Parm d. l. cap. 14. n. 8. 9. 10. 11. 12.* neq; tamen ideò omni ex parte flumen privatum erit, sed manebit nihilominus publicis usibus aptum, & dicere propterea, quod jurisdictionem in flumine Princeps habet, & hactenus privatum esse apparet, ideò in universum publicum esse desinere, absurdum est & inconveniens neq; jurisdictio, quomodocunq; consideretur, naturam publici fluminis & effectum mutare potest, *Parm. d. tract. lib. 2. c. 6. n. 39. 41.* & nihil impedit, quo minus eadem res quoad intellectualem considerationem, pro varietate causarum, & respectuum diversi juris censeatur, *l. milit. § fin. parte, de leg. 2. Mynsing. de arbitr. lib. 1. quæst. 31. & se. Ever. in Sup. in loco à tanquam.*

11. Non procedit argumentum à potestate Principis absoluta, ad concessionem, quæ fit inferiori. Nam ut concedamus, Principi interdum licere fluminis publici commoda privatis auferre, & navigatione & usu fluminis interdicere, non tamen id promiscuè licere debet, sed causam justam requirimus, secundum *Parmens. d. lib. 1. c. 10*, Prout in flumine Clanarum publico, maximæ impensæ Ducis pro causa justa putabantur, vindicandi alvei publici & regulariter Principi potestate absolutâ, absq; causa justa, uti non licet, late *Covarru. relect. lib. 3. c. 6. Anton. Tessan. decis. 91. num. 1. & seq.* Neque valet illatio: quia Principi potestas talis concessa est, eandem concessionem Vasallo concedi oportere. Nam certum est, ea, quæ Principi specialiter tributa sunt, in generali concessione non venire, qualia sunt regalia & his majora, plenitudo scilicet potestatis. *Mar. Anic. Peregrin. de jur. fisc. lib. 1. cap. 2. num. 72. & se. num. 82. & se.* & præsertim, quæ Principis personæ cohærent, cujusmodi est hæc potestas. Hinc dicimus, facta à Rege Galliæ concessione cum omni jure, quod in loco habet, non tamen simul jus Regium concessum intelligi, sed ejusmodi tantum translata videri, quæ in privatum cadere possunt, *Luc. de Penna in l. 1. C. de privil. fiscal. lib. 12. & in l. 1. C. de Veteran. Peregrin. d. c. 2. n. 100. pag. 56. *. Jacob. de S. Georg. in verb. dictique. Vasall. promiss. cognos. num. 1. per Alberic. in l. fin. C. de jurisdict. Cachera, decis. 101. num. 12. Mandel. Abbas, cons. 64. n. 90. & se.* Neque valet etiam ista inductio: ut videatur Princeps potestatem hanc communicare Vasallo voluisse: Nam licet *Curt. & Alciat.* hoc tentârint; tamen à *Parmen. d. loco* reprehensos videmus, propterea quod Princeps videatur quidem sua commoda largitus: non tamen, quæ ad privatorum retundant injuriam & da-

& damnum. Imò, cum ex potestate ordinaria Princeps commoda alluvionum non soleat adimere, utiq; secundum eam potestatem concessio facta videri debet: cū non debeat in consideratione esse, quod extra ordinem accidit. *l. Rutilia de contrahend. emt l Seja, 10 §. 1. de annuis legat.*, undè dicimus, dictum generale non extraordinaria non referri. *Bart. ibi Cagnol in l. diem functo num 93. & ſe. de offi. aſſeſſo. Boër. deciſ. 19. deciſ. 130. num. 8. 9* Nec; ideò Baro vel Vasallus venationes aut piscationes prohibere potest quia à Principe causam habet. *Boſſ d. tit. de aqua. num. 14. 19. Par. Put. de Syndic. tit de exceſſibus Baron. caſ 1 num 7. 8. & ſe. Marin. Frec. de feu. lib 2, auctorit. 46. n. 67. & ſe. Anton. Natta conſ. 375. nu 3. & ſe. lib 2 conſ. 451 et conſ 522. lib. 3.* Unde omnes concessiones Principales ad jus Principis, & quod ordinario modo illi competit, restringimus, neq; dicitur majoris auctoritatis etiam Vasallus, respectu feudi sibi concessi, quam Princeps respectu sui Principatus. *Peck. in tenemo plus juris 79 n. 2. 3. de Reg jur. in 6. Rolan. à Valle. conſ. 46. nu 52 53. lib 3.* & tanto minus credendus est Princeps lucra fluviatica adimere voluisse quia respectu damni vicinis debentur, & non ex causa lucrativa sed onerosa. *Parmen cap. 11.* & quia non censetur, Princeps juri tertii præjudicare, etiamsi illud jus in spe consistat. *Menoch. d. lib. 2. præſumt. 9. n. 12. & ſe.*

III. Licet in Dominio & patrimonio Principis sint flumina: non tamen ideò omninò privati juris constituta erunt, nam ria sunt à pertinentibus in flumine notata, semper solicite discernenda, videlicet. Usus, Proprietas, & Jurisdictio. *Steph. Fore. dual. 84. num. 5.* Usus fluminum communis est. *l. diligenter. C. de aquaduct. lib 11.* Proprietas & jurisdictio populi & Principis *Parmen. d. l. b. 1. c. 15. n. 11. 12.*

Neq;

Neq; tantum proprietati & jurisdictioni indulgendum, ut etiam usum ad se trahat, qui privatus effici non debet. Et sunt quidem flumina de regalibus. Ceterum hoc de utilitate vectigalium, piscationum & aliorum redituum intelligi debet, non de omnimoda fluminum appropriatione. *Parmen. lib. 1. c. 11. nu. 8. c. 17. nu. 12. F. Ant. tract. quæ sunt regal. & ibi Hetoman. in verb. piscationum reditus, &c. & verb. decursus fluminum.* Quod autem dicitur: Principem in flumine navigationes prohibere absolutè, id *M. Anton. Peregr. d. lib. 1. ca. 1. nu. 22.* durum videtur, & juri gentium & civili repugnans, & proinde non admittendum, nisi ex causa justa & honesta, veluti cum vectigal non solventibus navigatio interdicitur. *Peregrin. d. l.* Et cum Philippus Dux Mediolanensis, omnem fluminum usum ad se trahere vellet, edictis iniquissimis promulgans, coactus est postea, illa abrogare. *Bossi. d. tit. de aquæ n. 8.*

IV. Licet à populo Romano Princeps omne jus acceperit, non tamen juris gentium scita ideò in sua potestate Princeps habere dicendus est. Neq; quia administrat res populi Princeps, ideò ea sibi applicare possit, & sibi causam possessionis mutare, & non aliena: illi jura publica vel res populi permissum est, sed diligenter rem populi gerere. *arg. l. 1. de offi. procur Cæsar. vel rationa. Francis. Hetoman. diss illust quæst. 1 pag. 1 & in Franco Gallo c. 2. 9. & lib sing de jure successi reg. ad L. 6. Steph. Jun Brut. mon. de contra tyran. quæst. 3 pag. 117. & se Bodi. d. lib. 6. c. 2. pag. 947* Quamvis etiam minores ab Imperatore Principes potestate plenitudine utantur, non tamen expeditum a est, an id fieri debeat, ut suis locis Dd. tradunt.

V. Tatendum est, alveum esse juris publici, sed non dicendum, alveum ad se flumen trahere, verum mu-

tat

gis à flumine trahi *Parmin. d lib. 1. c. 12. in fi.* neque, quia cohæret insula alveo, ideò ejusdem juris erit cum jus Gentium hæc ex justissima & æquissima ratione secreverit. Imò cum ex fluminis jurisdictione ad proprietatem & dominium insulæ argui nequeat, neq; ex alvei consideratione argumentum firmum & efficax duci poterit: & si id, de quo magis videtur inesse, non inest, neq; etiam id, de quo minus. *Licet universis ubi gl. verb. non multo minus de testib. l. qui indignus. de Senator. Everar. in Top. in loco à majori, num.* 1. Et concedimus quidem jurisdictionem insulæ ei, qui in flumine jurisdictionem habet sed hoc ad proprietatem produci haud permittimus Neq; his obstat, quod in *l. penul. §. ul. de acquir. dom.* dicitur. insulam in publico natam, publicam esse debere Nam ut bene *Cujac. lib. 14. obs. 11 in fi. contra Hotoman lib. 1. obs 33.* scripsit, verum est, insulam, in flumine natam, quoad usum, publicam esse jure gentium, ut flumen, ripa, fitus, & ripæ continens ager: Licet interim insula proprietate sit privata eorum, qui proximiorem insulæ agrum possident. Quamvis *Julius Capra Vicent. ad d. l. pen. §. ult.* scribat, locum illum eo casu accipiendum, siquidem prædia prope ripam fluminis publica sint: neminem enim dicere Insulam, quæ in Tiberi nata est, in eo alveo, quo Romam urbem interfluit, aut Arnus Florentiam, aut Padus Ferrariam, publicam non esse: & in publico loco rationem efficere, ut publica utilitas privatæ præferenda sit, quamvis vicini non desint, qui propè ripas prædia possideant, quorum prædia quodammodo limitata videantur: Idq; vel maximè dicendum esse, si prope ripas prædia Cæsaris sint, vel fisci, vel Civitatum Ius enim insulam, quæ ripas contingit, jure gentium per alluvionem acquiri, dubitari non oportere.

VI. Præsumi omnia intrà fin
ejusdem esse, non est perpetuum, n
no Dominorum particularium, quoa
bus suis contentas. Nec sequitur; q
strictum, subjectum esse districtu, c
ordin m 6 Imparia sunt, locum esse ex
se exemtum *Cagnol in l fin nu 12 & se*
cons. Paris tit 1. § 46 nu 4. & se Jacob de S
Vasal. princ. vocog. num 6, ubi not. Mascard.
ens locus. Epitat. in Top in loco a tot ad pa
mor. & cons. 140 n 8. Matth Wesenb cons. 13 nu 2
40. & seq. Mantua de prob. lib 1 concl 21.
opinionem *Castrensis & Socini in l 1 de acqv. p*
quam bonam intrà fines Provinciæ & vacandi
nino loco adsignari debere creduntur, obser
non usq; adeo firmis nititur fundamentis, ut con
ar Nam Socini argumentis diserte respon
præsumt lib 3 præsum. 1 nu 9 12. & se. Et v
ter ea opinio, quæ loca inculta & no
rint, vel non appareant, ab aliquo o
in bonis sunt nullius, ad occupantem p
statum, non autem ad fiscum. *Aret. con*
61. rem quæ nobis n 1 de acquir. poss. Peregr.
Socin Jun in d. l 1. n. 132 & probat eandem
his fluviatilis incrementis *Paris. de alluv*
Sic pertinax Imperator, teste *Her*
Italiæ aut alibi gentium inculti soli em
caret, id totum occupantibus ac colenti
decemq; annorum immunitatem & perp
libertatem agricolis concessit.

VII. Nihil huc facit, quod alleg

postea introductum per consuetudines feudales; Nam licet flumina inter regalia numerentur, *d. cap. quæ sunt regal.* tamen id non de omnibus commoditis, præsertim ex jure regaliorum venientibus, accipi debet, sed de vectigalium, piscationum ordinariis reditibus, non de extraordinariis proventibus, ut supra ostensum, ubi & divinus, quatenus Princeps navigationem & piscationem prohibere possit. Multo minus movere debemus fisci procuratorum querimonias: Omnia esse fisci clamantium. Neque simpliciter Juvenalis, qui allegatur, locutus est, sed ex ore Hadrianarum aulicarum sumsit, & exaggravit, inquiens ridendum esse Palphurium assentatorem, qui omnia, quæcunque ex mari caperentur, pisces etiam ipsos, esse Domitiani Cæsaris affirmabat.

Si quid Palphurio, si credimus Armillato,
Quicquid conspicuum pulcrumque est æquore toto,
Res fisci est, ubicunque natat, &c.

Laudat *Plin. in Panegyr.* Trajanum Imperatorem, *pag. 44.* his verbis. Non exturbatis prioribus Dominis, omne stagnum, omnem lacum, omnem saltum possessione circumvenis, nec unius oculis flumina, fontes, maria deserviunt. Ecquid Cæsar non suum videat? tandemque imperium Principis, quam patrimonium, majus est. Erat & Imperatorum tempore Fufidius quidam, omnia esse fisci, dictitans: cujusmodi hominum magna ubique inter Principum in rebus agentes copia est. *Arnold. Ferro. ad consuetud. Burdegal. lib. 1. tit. de rer. dif. § 4 n. 5. p. 33 lib. 2. tit. de feu § 3 n. 5. p. 257.* Sic Imperator Pertinax, auctore *Herodiano p. 185.* vectigalia omnia, quæ ad contrahendas pecunias tyranni excogitaverant, in fluviorum ripis, in urbium

bium portibus, pergs vias & itinera, penitus re[illegible] annquam libertatem revocavit. Et obſervandum [illegible] niq, *in l.1.C de quadr.præſcrip.* non dici ſim[illegible] eſſe Principis, ſed eſſe intelligi, & qui[illegible] generis bona, ſed quæ ex ſubſtantia pr[illegible] ſunt alienata, id eſt, tam res privatæ ejus ſu[illegible] res ipſius fiſci publici, & ærarii. *Cujac. ad tit.C ter.privat. Connan.lib.3.comment.c.ult.nu[illegible] roman.d.* & benè ſupra nominatus Imperator [illegible] pa. 189. imperatoris poſſeſſionibus nomen [illegible] prohibuit, non eſſe illas, dictitans, imper.[illegible] ſed communes Rom. & publicas.

VIII. Exempla Palatinatus Electo[illegible]s, & quæ in Mulda flumine obſervata ſunt, ſimiliter no[illegible]novere. Sunt enim conſuetudines, præſe[illegible]tim cum jur[illegible] zes, ejusmodi, ut extra loca, ubi nov[illegible]uerunt, non trah[illegible]tur, ſed intra ſuos fines conſti[illegible]ætæ, ultr[illegible] u[illegible] nequeant. Debet etiam conſuetudo proba[illegible] non in genere, ſed in ſpecie, & individuo & puncto l, v[illegible] de quo agitur in locis controverſis. Neqi extenſio mittitur in odioſa maximè conſvetudine[illegible] ſcientiæ non eſſe tutam fatetur *Alber. Brunus d.conſ.[illegible] fi.* de hac conſvetudine circa alluvionem d[illegible]cit. Eſſe alioqui difficilimum, probare conſuetudinem fatentur, cum modo ſit alba, modò ni[illegible], & multi credant probare, ſed aberrent, pulchrè *Rota Genuæ. 17.n.1.& ſe decis 28.n.9 10. Joan. Garzia. de expen. 49 Anto.Natta.conſ.435 n.22.* [illegible]olan à Valle quis non credat in ejusmodi caſibus non[illegible] per impoſitionem præ[illegible]ectorum & o[illegible] quata eſſe, adeoque principium forè ſuiſſe.

ortum ex avaritia eorum, qui omnia ad fisci compendium derivare conantur, *Garzia d. lo. Bened Bon. de censit. artic. 36. num. 13. Parif. de Put. de Syndic. tit. de successione Baron. n. 20. pag. 26. Arrestà à Berrio 24. num 16.* relata, vix est, ut probent, insulas pleno jure Regis factas (sed quoad jurisdictionem saltem, quemadmodum arresta illa etiam accepta ab aliis, apparet, *Hier Menoch. cons. 24. n. 9. Aym. Parmen. de allivio lib. 2. cap 7. n. 2.* & si ita fuisset intellectos arrestorum, procul dubio & *Renat. Chopp.* insulas in fluminibus publicis natas, inter jura domanialia, seu regalia retulisset, quod tamen ille nusquam fecit, ne in eo quidem loco, ubi de fluminibus expresse agit. *d. lib. 1 c. 16 n. 1 & ſq.* Flumina denique non ideo regalia appellantur, quod omnem illorum usum Reges sibi tantum vindicarint, sed quia præcipua eorum commoda in suum fiscum retulerint & possederint *Noë Mevrn de jur. aquar. ſ. 62 a. f. 29. a.*

14. Ratio solida proferri nequit, quæ abrogationem juris Gentium in ademtione fluviatilium incrementorum sesse reat, uteunque dicatur, res quasdam communes privatas effectas esse. Nam quod arbitrio Principum vectigalia imponuntur fluminibus & portubus, quod venationibus & piscationibus & collectione succini & gemmarum, certo quodam modo, & temporum intervallo nonnunquam interdicitur subditis, non efficit totius juris gentium eversionem, aut abrogat omnem navigationum, piscationum aut fluminum usum. Sunt in istis quædam, quæ ratione probabili nituntur, ut de venatione & piscatione tradiderunt. *Cevar. d. par 2 §. 8. n. 1. cum ſeq. Franc. Marc. decis. 301. 329. 723. Domm. Sata. de just. & jur. lib. 6. quæſt. 6. art. 4. Vincens. Franc. decis. 158. part. 1. Se-*

b.2. Mol. Quæst. Navalis. ad loc. imò in Del[illegible]
ſuetudine ſcitum eſt, aurum perquirere [illegible]
minum, nec de eo decima debetur, dum[illegible]
regionem non portetur, & in locum vi[illegible]
,monetæ deſtinatum, deferatur, *Franc. Mar*[illegible]
aliqui etiam gentium jure inducta, ex arb[illegible]
ratione Principis ſpecialem formam [illegible]
Bodin. d. lib 1. c 8 circa fin. pag. 139. ex l. jus Crinis &
Et fatendum eſt etiam loca juris gentiu[illegible]
,cupationem, item uſum temporis imme[illegible]
& ita de fluminum publicorum proprietate [illegible]
ſaepiſſime conſaluiſſe. *Joan. Fichar. conſ. 22. n. 6. & ſeq. l.*
,quod de mari dicebatur, & uſurpatione Venetorum
nuentium, Lubicanorum & Hiſpanorum [illegible]
tum extat, & nominatim improbatum. *A F*
2. c 39. n 30 & ſe Roderic. Suar. d. conſ. de uſurpat. n. 7. &
n. 13 cum ſe Marc Anto Peregr. d. tr. lib. 1. c. 1. n. 1. In
bus quidem diverſum receptum, ut horum
prietas privata efficatur *Vaſq. d. l. n 7 Peregr.*
hactenus, ut liberalis uſus fluminum ad hauſ
quam & ſimilia, non ideo aliis adematus
,communis maneat nihilominus *Vaſq. d. l. n. 40.*
jus alluvionum ſpectale, ſeparatam ab aliis
commodis rationem habens ex jure gentium, ſa[illegible]
neat. concedenda eſt moderatio reru[illegible]arum
cipibus etiam in communibus, ſuo tamen modo, ſi
nim nemini licet inficere aërem, quamvis omnium
maximè communem (pro quo ramen aliquando &
gal impoſitum *Cujac. lib. 10. obſ. 7.*) quia cuju[illegible]
risdictione proprius cenſetur. ita nec [illegible]
ſint communes omnium libidini temere ſervire

pot-

potest earum usus prohiberi jurisdictione præsidentium Reip publicis, licet moderatus & necessarius earum usus omnibus aliqui pateat. Invalescente enim hominum nequitiâ, necesse fuit, rerum communionem ad certas necessitatum vices contrahere, ne, si omnium libidini promiscuè omnia paterent, singuli multis necessariis carerent: & dum omnibus usum omnium liberrimum relinqueremus, nemo deinceps proprium aliquid haberet. *Vasq. d.n. 39. Bened. Bonus, tract. de conf. art. 16. n. 40. Bass. d. tit. de aquis n. 20.* Quod autem ex *Alberto Bruno conf. 159. lib. 2.* allegabatur, justum [illegible] incrementorum ad Dominum castri pertinere, non simpliciter probandum est. Nam si veluti præcipuo quodam jure domino ista concedenda sunt, quod ut vacantia, fisco potius adjudicanda credantur, falsa opinio est, nominatim refutata adversus *Brunum à Parmens. de tract. de alluvion. lib. 2. c. 21. an. 1. & seq. §. 1.* si autem longissimo tempori insula vacaverit, non dubium præscriptionem quæsitam, cum tricenni curriculo omne jus perimatur. *l. sicut. l. omne. C. de præscript. 30. vel 40. anno. Parmens. d. c. 21. in Princ.*

X. Ad exempla Venetorum & Lusitanorum jam ante responsum est, & probant inculenter, *Vasq. Suar. Peregr.* maris libertatem omnimodò defendentes, quo pertinet illud Poëta.

Quid prohibens aquas? usus communis aquarum est.
-- -- -- -- Littusq; rogamus
Innocuum -- -- -- -- --
-- -- -- hospitio prohibemur arenæ.

Et probant pulcre *l. littora. 3. §. 1. ne quid in lo. publ. &c.* Ex quibus omnibus satis, ut puto, defensa est ea, quam suscepi, sententia, quæ negat, donato flumine à Principe per-

con-

concessionem feudalem, jus alluvion[illegible]
ademtum intelligi, sed omnimodo conten[illegible]
jus Gentium salvum esse & illibatum Iraq[illegible]
tes insularum, in fluminibus natarum,
vindicare, etiamsi fluminis jurisdictio ad su[illegible]
tineat. Dicamque, cum commodum alle[illegible]
compensationem multorum damnorum, qvæ
agris inferuntur, concessum sit, non debere fiscum
ma calamitate compendium quærere, ut sunt verba
ratorum Constantini, in l. 1. C de naufrag. lib. 1, & secundum Flum
Ulpianum in l. de illa 23 pro socio, debere eum, qu[illegible]
dum sentit, etiam incommodum agnoscere: &

P. Heig. L 2. qvæst 40

Qvæstio. XI.

Si flumen vel stagnum, curs[illegible] suum vel alveum mutet: an termi[illegible] que confinales, vel jurisdictio terri[illegible] per alluvionem mutentur?

CAussa hæc acriter ventilata fuit ex incon[illegible] fluminis inter Principes Gonzagas, Ru[illegible] minum Luzariæ & Franciscum Dominum Bos[illegible], quibus contraria responsa dederunt Col[illegible] se & Ferrariense, in confinium territoria po[illegible] ex[illegible]

tract

refert *Joan. Aymon de alluvion. lib. 2. cap. 6. num. 1.* Similes controversiæ sæpius quoque *in Frisia Orientali* propter crebrissimam mutationem fluvii *Amasis* contingere solent; *teste Gryphiandr. de Insulis cap. 14. num. 113.*

Equidem *primò*, in eo conveniunt Doctores, quod in lacu aut flumine publico confinia construi, ac superillius actio finium regundorum institui queat; adeò quidem, ut confinia quoque in mare determinari possint, secundum tradita Hieron. de Monte *cap. 39.* Modest. Pistor. *part. 1. Q. 45. & lib. 1. consil. 14.* Selden. *tr. de mare clauſ.* Nam etsi aqua in superficie sit, certum tamen est, alveum ipsum, sive solum esse in Dominio certi possessoris. Quemadmodum in simili dicimus, licet aqua in superficie sit, territorium tamen in fundo seu solo esse, quod aquam continet. Bald *cons. 105. lib. 2.* Jacob Schulzes *ad Mod. Pistor. Quæst. 40. num 4.*

Secundo conveniunt quoque Doctores in eo, quod si flumen sit loco terminali, tunc illud sit commune, ratione piscationis & cujusque generis fruitionis. Verumtamen quoad jurisdictionem, ea utrique Domino vicino usque ad medium fluminis competat *arg. l. arbor. 29. in princip. ibi* è regione cujusque finium, utriusque sunt. *Ubi* Anton. Faber. *in rational D. commun. div.* Simile responsum dedit idem Paulus *in l. illud §. ibi* Pro qua parte in fundo fuerat, *& paulo post*: Pro indiviso communis sit D. *pro socio* Hieron de Monte *dict. tr. cap. 24 num. 9. ac cap. 25. num. 1. & 4.* quem sequitur Casp. Manz. *dec. jud. Neoburg. 99 num. 2.*

Hisce præmissis ad propositam quæ
grediendo sciendum est, quod commu
hoc discrimen in casu præsenti animadv
fluminis mutatio per alluvionem fi
pedientem Joan. Cryphander. *de insulis cap.*
vel ut alter distinguit Bartolomæus Cep
tatio per alluvionem contingens naturaliter, no
polla *de serv. P. R. cap. 4 & cap. 14 Primo ca*
tione vel impetu quodam fluminis simul
mutetur, derelicto suo priori lecto, ita
alium perrumpat; Sicut *in Italia*, per mutabilem
Padum quotannis contingere solet, aut quemadmo
Istro & Isara evenit; tunc territorii fines &
mutantur; Nec præsidii dominium amittitur.
novus Fluvius à priori planè diversus
jurisdictio vel territorium flumen sequitur, sed
res terminos permanet, atque ac ipsa p
pim, cujus agrum fluvius temporatio
fusus occupavit, quamvis agrum poss
nus tamen ejus manet, *per l. adeo 7. §. 6. D.*
nis. Quamvis enim inundatio poss
tamen Dominium adimat *l. 3 §. 13. D. de*
& Cod. de alluvion. unde Ripenses. si
blico duveris & flumen recesserit non
flumen, quia et loco servitus imposita non
locus meus sit per Responsum *in hoc jure*
medius locus non servit D. de aq. Cottidiar. &
fis. ibi qu equam in eo alveo habere. Idem
in l. ergo 30 §. alluvio 3 ibi. Sed eodem imp
nis, constitutus. *D. de acquir. rer. Dom.* Joan.

de alluv. lib. 1. cap. 10. num. 10. & 11. Peregrin. *de jure fisc. lib. 4. num. 51.* Ideo mutato alveo, non mutatur jurisdictio, quia medius locus non servit; Unde scribit Bartolus: Quod saltus aquæ nihil detrahat antiquis Dominis. *per d. l. hoc jure; §. si aquam 2. ibi* non servit *D. de aq. quotidian.* Bartol. *in D. de flumin.* Felin. *in cap. ult. X. de constitut.* Sed attendendi sunt fines, qui fuerunt, tempore constitutorum confinium. Ægid Bossi. *in oper. tit. de Princip. num. 277.* Cœpolla *de S.P.R. cap. 4. num. 31 & cap. 14.* Hotcman. *Quæst. illustr. 3.* Menoch. *consil. 26. num. 3.* Ludovicus Molina Jesuita *de justit. & jur. tr. 2 disput. 17.* ubi scribit. Quod si fluvii inundatione ager alicujus mutatus fuerit, non propterea ejus esse desinit, cujus ante inundationem erat. Joan. Lupham. *de Insulis cap. 14. num. 114* Manz. *decis. Pal. Neub. 90. num. 1.*

Ampliatur prædicta Resolutio. Etiamsi alveus fluminis operâ manuum seu facto hominis aliorsum versus fuerit, ac antiquam stationem deliquerit. Velut in Regno Lusitaniæ contigit tempore Regis *Joannis III.* qui partem fluvii Tagi & *Benaventam* industria humana mutavit. Joan. Molina *de justit. & jur. tr. 2. Disput. 17. Aut si flumen Principis jussu aere impenso aliorsum avertatur, quod in Parmæ Ducatu, in flumine Castumiæ prope Regium Lepidi, delabente contigit.* Vel si Paludes publicæ, aquis derivatis culturæ gratia exsiccentur: De quibus casibus Baptist. Aymus *dist. tr. lib. 1 cap. 9.* Nec hæc fluminis mutatio, territorium & jurisdictionalia extendit. Quoniam hæc mutatio violenta censetur, non naturalis, propter Responsum Imperatoris Gordiani *in l. 1 C. de alluvion.* Ubi ager, quem possessor circumdedit per fluvii alveum, non mutatur, sed prioris Domini manet. Marc. Anton. Peregrin.

de jur. fisci lib. 8. num. 32. Naturalia
libus opponuntur, juxta Jurecon'ultum,
§. 1. ibi: Servitus naturaliter non manet
R. l. 1. §. 10. D. de aqua pluv. Natura
opposita, juxta Aristotel. 11 pr. Methaur
tura quoque & cura differunt secundum Sen
fol. final. sicut natura & cultura. *Plin. lib. 14.*
Joan Gryphiand. *de Insul. cap. 8. num. 1. & 2.*
ron. de Mett *dict. cap. 24. num. 1.* Qui *sub num. 4.* auc
ritate Responsi Ulpiani *in l. 9 ut. D. fin. Reg.*
scribit. Quod si Humana pro terminis finalibus p
sita fuerint sicccata aut derelicta, Jam terra & limo
phius d. l. 1 tr. cap. 14. num. 1 Mar. d. l.
num. 4

Quamvis dissentiat Joan. Av *dict. tr.*
lib. 1. cap. 9 in pr. super. num. 1. Ut ich hic
jure p t alluvionis acquirit, & ante eum
num. 13. & seqq

Secundò verò casu, si Fluminis
tatio ed de tim per incrementum laten
constituat *Ang de mutatio incrementum*
solutum & jurisd nem ex
tor jurisdictionalis? Cujus est hic
tos concertatio. Diversa enim est.
Nam Alluvio dicitur, quando
& sic paulatim carpendo alicui
cultè adjicit vicino prædio. *l. 1. de*
rior. damn. Hoc enim, quod ita n
accedit Dominio vicini prædii. *l. 1.*
Gryphiander *de Insulis cap.* . *per tot.*

lib. 2. cap. 16. Quod Lucanus expressit de flumine Pado

Illos terra fugit Dominus, his rura Colonis
Accedunt donante Pado.

Et hæc accessio latens ad instar usucapionis rationem habet in negligentia ejus, qui ripam sui prædii non munit, adversus incursum fluminis Hoc enim unicuique permissum est, hactenus tamen ne à naturali cursu flumen divertat. *ver. tit. D. d. ripa munend.* Diodorus Tulden. *in Codic. de alluvion. num. 3.* Quo loco respondit Jure Consultus *Flumina enim censitorum vice fungantur, ut ex private in publicum addicant, & ex publico in privatum, itaque sicuti hic fundus, cum alveus fluminis factus esset, fuisset publicus. Ita nunc privatus esse debet, cujus antea fuit.* Fr. Niger. Cyriac. *controvers. forens. 376 num. 37. & segq.* Concordat Responsum Alphen. *int. Alii 38 ibi.* Viam publicam sustulit. *D. Ita acquir. rer. Domin.* Papt. Axmus *de alluvion lib. 2. cap 22.* Ideo *Baldus de Bari* [illegible] respondit apud Cornæ. *in consil. 222 num. 1.* Factum namq; ejus (ait) si quis dicat Hoc semper habitum est pro constanto ergo & hodie habendum est. *arg l. Deo § fin. cum l. seq D. de acquir. rer. dom. l. arbor § D. comm. divid* ubi habetur, *quod si arbor finalis crescat & alienum solum prosperet, sive lapis terminans per serpens fundum extendatur, non ideo vicinorum fines excrescunt, vel decrescunt ager. Sed ea communia fiunt vicinorum, vel illi acquruntur, in cujus ju ea transierunt hæc illis.* Auctâ igitur ab una parte Ripâ, eatenus quoque censetur aucta jurisdictio cum proprietate; Sicut ab altera parte diminutâ Ripâ, jurisdictio quoque diminuitur. Propter rescripeum Imppp. Arcadii, Honorii & Theodosii *in l. 2. ibi:*

tributorum præstatio. C. de alluvion. Ubi
per alluvionem accreta, tributorum præ
novis Possessoribus injungitur. Tributo
latio est jurisdictionis species ac sublimioris
eminentiæ Symbolum. per l. nulli. 28. C. de ep. &
X. de consuet. Gail. 1. obser. 21. num. 9. And. Knich
territor. cap. 3. n. 312. Census quippe solutio prob
strum, Villam aut prædium esse de territorio, cui
tur & adhæret Novell. 89. cap. 2. §. 2. Cephal. consil. 418. n.
Jace Bapt. Aymus dict. n. lib. 2. cap. 9. num. 15. Quod c
mat quoq; Rescriptum subsequens l. 3. C. eod. tit. Ubi
ratores Theodosius & Valentinianus, constituunt, ut
prædium per alluvionem accedens prædio principali, se
tim conferri non debet, sed naturam Principalis
bet, adeò ut hæc, accessio, pro uno integrali nec
jure censeri, nec in partes scindi debeat. Fr. Ni
riac. dict. cap. 179. n. 41. Proinde cujus prædium al
diminutum est, is sublevatur in quantitate tributi, quem-
modum propter aliam quamcunq; vastationem &
accrescit, quod augmentum accepit. per dict. l. de
vion. Mynsinger. cent. 3. obser. 34. Gail. lib.
in hoc Rescripto suum præcipuum fundamentum
cunctos communem sententiam foventes
Joan. Aymus de alluvion. lib. 2. cap. 6. per to. Qui sub num. 53.
scribit. *Hæc sunt, ex quibus audacter concludere*
etiam cætera, jurisdictionem quoque sive territorium augeri
minui. Nec aliter aut responderem, aut judicarem,
tractatum, crebriori calculo sit recepta. Et eum
bald de societat. part. 5. Quæst. 58. Azo in summa D. de
Hieron. de Monte. dict. tit. cap. 24. per tot. F
Senior consil. 56. Carol. Molinæ. ad consuet. Paris
num.

num 100. qui scribit : *Quamvis eodem tempore, & super eodem themate in contrarium (sed male) consuluerit* Jason. *consil. 146. l. 1.* Quos sequitur Joan. Gryphiand *de Insulis cap. 14. n. 83. & 111.* Casp. Manz. *decis. palat. 39. num. 4.* ubi *se ita causam decidisse asserit.*

Verum enim verò, *contraria sententia* verior est, communior, & æquitate & sana ratione magis conformis. Scilicet quod per alluvionem, nec confines limitanei amplientur, nec territorium, nec jurisdictio mutetur vel extendatur. Et hoc propter Responsum JCti Florentini *in l. in agris 16. ff. de acquir. Rer. D.* In agris enim (ait JCtus) limitatis *jure alluvionis locum non habere, publicè constat. Quod etiam Imperator Divus Pius constituit.*

Hujus assertiratio est; Quoniam agri limitati per mensurarum extremitates suos statutos habent terminos, ideoque incrementum ex alluvione aut insulâ accipere nequeunt. *per l. 1. § si insula 6. ubi si limitati agri fuerint D. de flum.* Finis enim ipse declarat, qualis res sit censenda. *Tiraq. de retract. lign. § 1. gloss. 1. n. 47.* Unde Trebatius scribit : *agrum, qui hostibus devictis ea conditione concessus fuit, ut in civitatem veniret, habere alluvionem; neque esse limitatum, agrum autem manu captum limitatum fuisse, ut sciretur, quid cuique datum esset, quid remisset, quid in publicum relictum esset per dict. l. in agris 16.* Jul. Fronton. *de limitat. agror. Cap. 2. vbi. n. 9. Alciat. in praetermiss. lib. 1. verb. limitati. Fortunat. in Nevyon. Dialog. 18. Godofr. ad d. l. in agris 16 lit. M. N. & O.*

Limites enim finales non demonstrationis, sed taxationis gratiâ positi sunt, ut dominia distinguerentur publicæ tranquillitatis gratiâ, ideo per extrinsecum & fortuitum augmentum extensionem non admittunt. Quod acute deducit *Carol. Molin. ad consuet. Paris. § 1. gloss. 5. n. 101. & § 7.*

at §. 7. gloss. un. n. 6. Quo faciunt tradita *Carol. Ruin. [illegible] lib. 1.* ubi concludit, quod in feudis limitatè c[illegible] set jus alluvionis. *Riminald jun. cons. 104. n. 29.* Latè *Ludolph. Schrader. de feud. part 3. c. 6. n. 28* Qua ratione Doctores, quod alluvio non mutet, nec alteret c[illegible] es plebanatuum, Diœcesium & Civitatum, quoniam [illegible] suos fines limitatos *per cap. super eo 4. X. de decim. Ba[illegible] in cap. 1. §. si quis Marchionum 6. de controvers. investit. Joan. [illegible] 146. vers. 8. Carnæ. consil. 127. lib. 1. Aegid. Boss. in oper. cit. de [illegible] num. 2. Paris. de Puteo de finib. feud. cap. 38[illegible]. Anton. Peregrin. de jure fisc. lib. 5. n. 77. Augustin. Bar[illegible] ad d. cap. per eo. 4. n. 3. X. de decim.* Qui *sub num. 2.* in terminis ræptionis tradit *Hujusmodi ratio prohibitiva tu[illegible] repta sit, tam in jurisdictionalibus, quam in Regalia pub[illegible]am utilitatem concernentibus; ne detur occasio meretricium & co[illegible] jectus quam in prædas prædatorum.*

Huic sententiæ accedit *præterea & secund[illegible] tiam* ratio, quòd in omnibus dispositionibus limita[illegible] prohibitum censeatur jus accrescendi *per l. [illegible] sus habebat D. ad SC. Trebell. Bald. in l. Dominus §. 1. de u[illegible] Molina ad consuet. Paris. §. 1. Gloss. 5. n. 106* Jus locum enim habet inter personas diversas & omni[illegible] dejunctas, quæ ad res diversas vocantur, *per l. Si [illegible]. §. fin. D. de usufr. legat.* Unitas enim rei & identitas requiritur ad hoc, ut jus accrescendi consideretur *per si[illegible] tibi. 12. in pr. D. de legat 1. Surd. consil. 11 num. 40. Anton. Bellon. jure accresc. cap. 5 Quæst 24. per tot.* Jus autem alluvionis accrescendi comparatur, *per l. si Titius 55. §. fin. de [illegible]. legat.* Latè *Joan. Gryphiander de Insu[illegible] cap. 1. num. & [illegible]. Andreas Knichin. 1. de pact. investit. cap. [illegible] in fine.* Ea ratione, quod sine hominis facto & per se, ea[illegible] q[illegible] & per

per se veniat, dum res rei accedit. *per l. si ego 18. §. idem ait. D. de publ. act.* Quamobrem dicimus, alluvionem rem sequi, & ad eos tantum pertinere, qui rem habent. *per l. quod in rerum. 24. §. si quis post D. de legat. 1. Anton. Gerenan. de jure accresc. num. 1. Bartol. Ramule. de jure accresc. num. 13 217. & passim Bellan. dict. tr. cap. 1. Quæst. 1. 2. 6. & sqq.*

Ad cohibendum a. accretionis incrementum per alluvionem, in jurisdictionalibus, aliisve juribus territorialibus, Carolus Molineus requirit, ut territorium sit certis finibus & certa mensura taxatum, ita ut appareat, quid, quantumvè sit concessū, ut totum residuum sit concedentis, tanquam à concedente reservatum Et sic non simplex appositio terminorum, sed illa, quæ ita expressè & præcisè gratiæ taxationis requiritur. *Molin. ad Consuet. Paris §. 1. Gloss. 1 num. 101.* Simili modo de hisce limitibus finalibus scribit Tambu. inos *Eam esse debere naturam limitum & finium Diœcesium, ut ita sint conjuncti, quo ab omnibus lateribus capiant, & quodammodo concludant omnia loca confinia per l. Patronus §. Sempronius D. de legat. 3. l. inter cor. 29. ibi* Regionibus quoque divisis. *D. de acquir. Rer. Dom. Ascan. Tamburin de jure Abbat tom. 3. in Decis. 31 num. 9. & 10.* Et ita decisum fuisse testatur *Card. Mantica, decis. 169. num. 4.*

Tertio corroboratur assertio, quod alluvio non mutet, nec extendat jurisdictionem territorialem hac insuper ratione: Quoniam ipsum territorium est jurisdictionis subjectum quoddam occupans, cum exerceatur in territorio ipsa jurisdictio. *per l. fin. D. de jurisdict. l. pupillus 239. §. territorium, D. de V. S.* Ubi *Joan. Gudde. n. 1 & sqq.* Ac jurisdictio ex vi sermonis in-

hæret glebis & prædus confic alib is, tant
ludibus, veluti acidum aut mucidum vino
2. num. 150. lib. 7. Andr. Knichen, de jur. territ. cap.
eleganter scribit Baldus: *jurisdictio super ter*
nebula super paludem? Quæ nebula generatur per
tiam solu- At jurisdictionis subjectum, cui ipsa imp
est persona maximè principis, tanquam Sol in terris &
rio. Bald. ad cit. de alluvion n. 7. in fin. lib. 2. Fel.
dus in l. 1. n. ult. D. de jurisdict. Ex hoc patescit, quod
cohæreat propriæ territorio. Personis autem inhærere
est Petr. Jacob. Aurel. in practic. Rubr. in num. 4. Natta consil. 149.
n. 10. Boer. decis. 222. n. 7. Henr. Bocer. de jurisdict. cap. 3. n. 17.
igitur nebula jurisdictionis concomitans territ
vel terrenum in alienum territorium per alluvionem
translatum. Quæ a Principe, utpote territorii
gitur & exercetur. Mare autem. Peregrin. de jure fi
num. 51. Ubi tradit, *quod jurisdictio status Ferrariæ per eventum*
mis, ad locum, in quo prius se extendebat, scili
alvei veteris. Sic flumen paulatim recessit, & à parte agri
mantuani, magnam terræ molem. Qui ad majorem
nem hujus Quæstionis ulterius infert *Si flumen paulatim*
recessisset, & a parte agri Mantuani magnam terræ
jecisset per spatium satis considerabile, hoc quippe casu de jure
terrenum additum, & alluvionatum pure alluvionis qu
quoad dominium, & possessionem privatæ alicujus, pro
prædia possidentibus, d. l. adde, §. præterea, de rerum divisione
quoad jurisdictionem Principis Mantuani, an
extendat ad terrenum additum, alia est causa
Non non inconveniens est, ut Mantuani po
agros subditos, quoad jurisdictionalia Principis Ferr
ra prius nec etiam inconveniens est, ut territorium

cultu

dictio autem sit alterius. Bald. Alvarotus, & Paulisius in c. 5. e contrario, in titulo de investit. de re alien. fact. Rum consil. 14 col. 1 & 2 lib. 1. Capyc. decis 27. n. 16. Peregrin. dict lib 5 n. 80. Ita in terminis *Bartol. tr. de fluminib. verb. acquiritur num 6. Bald. in Rubr. de rer. divis. num. 15 Capolla de S. P. R. lib. 2 cap. 34. Corneus. cons. 327. & 287. lib. 3. Socin. consil. 127. num. 6. lib. 1. Remmald. Senior sub nomine Collegii Ferrariens. consil. 64.* Et in eodem casu, *Jason. consil. 146 per tot. lib. 2 Quem sequitur in eadem causa de Gonzagis, Reminald. junior consil 237.* qui *sub num. 47.* tradit, *quod alluvio non operetur circa ea, quæ sunt juris publici, & in usu publico, nec habeat locum in lacu & stagno. Par. de Puteo. de finib. feud. cap. 15. Aegid. Boss in oper. tit. de aquæ n 7. ac mer. de Principe n. 250. Marc. Anton Peregrin. de jure fisci lib. 5. n. 80. Carol. Molinæus se ipsum declarans,* in agris & prædiis limitatis ad excludendum augmentum per alluvionem, *ad Consuet. Paris §. 7. Gloss. 1. num. 6 ac §. 1. Gloss. 5 n. 102. & 105.*

[*N. Myler. Metrolog. cap. 14. §. 21. & seqq.*]

QVÆSTIO. XII.

An in caussis reparationis aggerum, Teich-Sachen/ appellationi locus sit, ubi lis istam non remoratur?

QVando de reparatione aggerum, & pro hâc præstandis quæstio est, appellationi locus non datur. (1) Propter periculum quod in morâ est (2) At hic de-

mum, ubi & quatenus lis seu appellatio isti [illegible] vel remoræ erit. Siquidem tale nihil per [illegible] appellatio, ubi gravamen apparet, nimium rejic[illegible] (3) Ideò etsi non dispensivum, tamē devolutivum [illegible] foratur. (4) Et etiā in præsenti specie necessa[illegible] post illam jam peractam de præteritis ejus sumptib[illegible] averuntur. (5) Quando itaq; post ruinam sic aucto[illegible] priori constiturum erat ut communi totius vicinæ [illegible] ejusq; incolarum ope aggeres reficerentur, sumptus [illegible] sus, ad quos illud onus pertineret, refunderentur (6) [illegible] post reparationem de horum parte conveniebantur, [illegible] sti non obnoxios dicerent condemnari appellan[illegible] post reperta gravamina non levia non tantum citatio[illegible] & compulsoriales sed etiā inhibitionem decernere plac[illegible] causa dreyer Dorffschafft, in Oberstadt, contra sichen Dorff-schafften daselbst die 24. Aprilis Anno 1635.

1. Hoc in consuetudinem transiit in istiocis, ubi ex a[illegible] ribus possessiones & utilitates agrorum, edduntur a[illegible] culis aquarum securæ, ut caulæ aggerum non habea[illegible] appellabiles. Quod etiam Camera Im[illegible] ex negotiis in tali causa processibus o[illegible] vavi.

2. In quib? causis in morâ periculum est, [illegible] recipitur. *Lancellot in tr. de Attentat. part. 2. cap. [illegible] limitat. 4. num. 1. Conrad in l. unum. 4 rat. decid. num. 4. [illegible] C. si de mortuat. possess.*

3 Ratio, quæ est ex periculo moræ ub[illegible] cessat in illo solo fundata appellatio [illegible] nisi ut odiosa & rigorosa nimis non fit nisi e[illegible] ne & intra ejus limites.

4. Sic intelligendum est quod de appell[illegible] one dicimus. Ita n, etiam accipitur in quo [illegible] quod in his, quæ, cū morę periculo cō, uncta sunt, a[illegible] a-

tio non haber locum, nempe qua effectum suspensivũ seu ad executionẽ retardandũ Non v. ut appellans plane nõ audiatur. *Reginell. in tr. de appellat. §. 2 cap. 3. num. 628.*

5. Præteritorum nõ habetur similis ratio, ut in iis deficit non appellandi causa exemplo præteritorum alimentorum. *Lancellot. dict. cap. 12. limitat. 34. num. 4.*

6. Hic inter discrimina perruptorum aggerum ... d citã reparationẽ procedendi modo ordinario est, ubi certo nõ constat, cujus onus illud sit. Nunc ubi hoc manifestum est, quis debeat, ille compellitur nec alius pro alio tenetur

(*Dav. Mevius. P. 3. decis 163.*)

QVÆSTIO XIII.

An Processus in causis aggerum summarius non patiatur omitti ea, quæ in judicus sunt juris naturalis?

SUnt quidem aggerum causæ summariæ & ubi in mora periculum etiam adversus inauditos & non citatos providendum, sicque præcaveri non injustum, ne gravior calamitas accidat & ut reparatio fiat. (1) Extraeam verò speciem non ita, nec aliàs prõcedi debet contra inauditum vel sine sufficienti causæ cognitione vel sine decenti probatione. (2) In summariis processibus quidem ea omitti possunt, quæ sunt juris merè positivi & ad ordinarium processum pertinent. (3) Haud verò quæ sunt juris naturalis, (4) ut citatio, defensio vel exceptio rei & probatio, quæ neglecta in causis aggerum, utin aliis summariis processus nullitatem non minus, quam in aliis ordinariis causant, (5) & etiam

ubi appellatio prohibita est, audiuntur atque corriguntur. (6) Quicquid itaq; de favore reparationis a ge[illegible] quam reipublicæ privatimque utilis obijciebatur, ubi [illegible]m res extra periculum erant, nec festinandi ea ratio [illegible]s, non sivimus obesse justæ judiciorum rationi [illegible] nedum iis, qui rogabantur processibus, quos allega[illegible] nullitatemerebantur. In eadem causa

1. In eo numero habentur causæ, in quibu[illegible] aut propter quam his exoritur, nisi celeriter procedatur, perituræ sunt, *arg. l. sed etsi 28. § edum. §. seq. ff. de ju[illegible]. Cameral part. 1. cap 2. § item* Das das jenige etc. aut propter tardiorem expeditionem irreparabile damnum est metuendum *dict Ordn cap. 2. § item* Sachen aus welcher etc.

2. Ubi moram res non recipit, præveni[illegible] singuli causa Processus legitimus omittitur, tantum [illegible] uti consulitur *l. si quis 6. §. quid tamen 9 ff. de injust. rupt. irrit.* [illegible]m & aliàs, ubi in mora periculum, recedi[illegible]tur à communibus juris regulis. *l. de pupi[illegible] 5. §. præterea 12. ff. de Op. nov. nunciat*

3. Quæ ex certa ratione velut ob sumi[illegible] [illegible]culum admittuntur singularia, ultra rationem in [illegible] quentiam minimè sunt trahenda *l. quod vero [illegible] ff. de legib.*

4. *Zanger, de except part. 1. cap. [illegible] num. 9*

5. Non minus in summariis causis quam ordi[illegible]riis locus est nullitatum allegationi, ob ea omiss[illegible] ad statum causæ pertinent. *Cacheran dec. 1 num 15. & segq.*

6. *Juxta ordinat. Summi, Tribun. part [illegible]. tit. §. 16.*

7. Quæ certo intuitu seu pro certo sta[illegible]tione non sunt appellabilia, ea extra istam [illegible]di po

di potestate non sunt aliena. Limitata causa limitatum producit effectum. *l. in agrib. gl. ff. de acquir. rer. dom.*

(Dav. Mev. P. 3. dec. 164.)

XIV.

De Jure Stapularum & Gerani.

SUMMARIA.

Jus Stapulæ non ubiq; observatur, n. 1.
Vocis origo à Germania, n. 2.
Vocis Synonymia. n. 3.
Differt à jure Emporii, n. 4.
Quæ Civitates hoc jure gaudeant n. 5.
Stapularum triplex consideratio. n. 6
De primo, secundo & tertio genere, n. 7. & seqq.
Distinctio inter Staff. Igüter *&* Meßgüter.
Jus Gerani quid? n. 11. & seq.
Pœna defraudati vectigalis. n. 13.

NOn ubique locorum hoc jus observari ratione juris- 1.
dictionis maritimæ facilimè concedo, nec tamen id nego, multis intuitu summæ illius jurisdictionis esse concessum, ut gaudeant splendidissimo hoc stapularum jure, Adnexum siquidem est dominio maritimo, nec quivis alius, quam qui illud obtinet, eo uti poterit, ne plura per

ra per vim illicitam agere præsumatur
plenum obtinet dominium, eo liberter ad
maxime uti percupit, nec potest negari,
& arcere à flumine illos, quos transire, aut cum
2. tione transire non velis. Quin verbum ho
adgnoscat Germanicam nullus dubito, in qua
aggregare, coacervare & in unum congerere
gnificat, ex qua apud autores mediæ ætatis vox staplus
formata, ea enim usi fuerunt in LL. Rip. tit. 33. lege
1, & tit. 67, leg 5 & tit. 71. quando locum judicii vocarunt
Staplum seu conventum & congregationem in
judicium. Glossar. Clemangii exponit tegumentum,
vel tapetium, sed perperam id judicat Vossius quod
lerari possit; quod ad rerum coacervatarum speciem,
quæ in Pyramidem vel Conum adsurgunt hic
3. natus sit staplus vocatus. *Lemnius cons. 67. n. 2.* A
& Exonerationem vocat Marcium *Berum*
p. 211. & Guicciardin. *in descript. Belg. fol.*
adduxit Limnæus *l. 2. de J. P. c. 9 n. 132.* Klock
1. n. 272. & qui hunc fideliter suppresso no
Faust ab Aschaffenburg *in Cons. pro Æran.*
A stabulo derivant, quod nempe bona ibi
adserventur, qui potiori uti Germanico idi
lunt ex genuina voce finxerunt Staffel
Staffel-Gerechtigkeit/ Staffel-Güter/ Staffel-Fre
4. Staffel-Bahr Distert hoc jus Stapul
porii seu Mercatus, vide Klock *de contrib.*
Nundinas, Klock *c. 1. n. 272.* Ge
catur etiam à multis illud jus Emporii, de qu
tin à Meden *inscript. refutat. contra Hamburg.*
Niederlag. Liber appulsus navium; & qua

apud Autores alia occurrunt. Præter omnes autem hoc jus Taurius ineptè definit Aggestionem & comportationem mercium omnium, quæ sunt ejus naturæ, ut servando servari possint. Melius alii Genus definitionis ponunt esse privilegium, Klock. *de Contrib. c. 3. n. 57.* Leoninus *cons. 67. num. 2* annumerat iis juribus, quæ Bannalia interpretes vocant, quorum vis ex observatione dependet Thom. Michael *de Jurisdict. lib. 12 tit. 8.* Stuck. *disp. Acad. 9. th. 154.* Natta *cons. 103. num. 4* Gail 2. *obs. 69 num. 4.* Raudens. *resp. 81. num. 7.* Ad Regalia Majora stapulas revocant, terrenus æquus, si inter minora & inferioribus communicabilia recenserent Multæ autem eæq; nobilissimæ Urbes hoc Jure 5.
stapulæ gaudent; præcipuas enarrabo. Inter has eminent *Anseaticæ* Civitates Crantz. *Vandal. 27.* Brück in Flandria. Crantz *l. 9. Vandal. c. 37. Passerum*, Mynsi. *cons. 19. per tot.* Osophi commeantium è Germanis mercium perpetuam stationem cum vectigali immunitateq; incolarum ob virtutem & fidem à Venetis obtinuerunt Jov. *l. 12 histor.* Spura contendit, daß sie als die dritte und oberste Staffel am Rhein sey von Röm. Käys. Maj. und Königen privilegirt &c. Gylman *in Symphor. Tom 2. p. 3. tit. 18. suppl. 16. p. 358.* succedunt *Colonia, Agrippina, Moguntia, Ingelstadium, Ratisbona Hamburgum, Magdeburgum, Brema*, alię. *Treviris* ad Mosellam Hamburgischer Bericht von dem Kayserl. gerichtl. Urthel. *de Anno 1619. num 6 pertinente ad art. 33. Vratislavia* anno 1511. à Rege Poloniæ Uladislao impetravit. Schickfuß. *lib. 1.* der Sächsischen Chronick *cap. 38.* Non possum autem 6.
fatear hoc jus stapulæ non apud omnes simile & uniforme esse. Nã in nonnullis civitatibus jubet Privilegium, ut nullæ merces exoticæ prætervehantur, sed certo temporis spatio in illo Privilegiis munito loco venum exponantur;

tur; In nonnullis non est necessitas vendendi apposita, sed si naves exoneratæ & vectigal solutum cuivis libera patet abitus. In nonnullis conceditur exteris libertima facultas congerendi merces, & ad commodiorem venditionem conservandi, unde triplex hoc jus quo haut absurde dixerit, quod & reverà inter se differt, & diversos sortitur effectus. Ut primum sit jus stapulæ, quod habet annexam vendendi necessitatem, de quo agit Guicciardi, *in descript. Belg. p. 181.* & Bronchorst. *in Præfat. Tit. de R J* qui id testantur de Dordrechto. Illud autem jus obtinetur (1) Privilegio, præd ti de Privilegio Dordrechtano testantur. (2) Conventione, vide Enenkel. *lib. 1 de Provid. cap. 8 per tt.* (3) Jussu Enenkel. *d. tr p. 272.* (4) Statuto, ut Lubecense, ita mos obtinet, vide stat. *lib. 3 tit 6. art. 3.* Kitzingæ, de quo testatur VVehner. *observ. pr. verb.* Staffel. *circa fin.* (5) Immemoriali Præscriptione per vulgata. In hoc jure consideramus, tum personas, tum Bona. Personæ, cujus Conditionis, Familiæ & Regionis sint. Bona, an talia sint, quæ admitti possint vel non. Nam ex Cæsare *lib. 1. de Bell. Gall.* Belgas olim vinum & alias merces non recepisse; sic & de Arabibus Nabathæis testatur Strabo *l. 17.* Εἰσαγάγηται δ' ἄν τις ἐ πανταχόθεν Importare quas dam merces licet, quasdam non, vid. rat. *II. Sax. Gr.* ea bona utrinq; consideranda ejus pretiosa, & Æstimatio. Tum, an invite vendi possint vectigalia. Grot. *l. 2. de Jur. Bell. & Pac. c. 2. §. 13. seq.* Covar. *l. 3. var. fol. c. 14. per tt.* aliosq; plures. Secundum Genus quod tantùm jubet exonerare merces, & sol ere jam de Regalibus esse ob annexam de ol end v libus conditionem facilimè concedi potest. Id vel Privilegio vel immemoriali præscriptione, &

loquitur Leon. *conf. 87. n. 2. & seqq.* cum ait: *Jus Stapulæ manifestatem vendendi non comprehendere, sed tantum appulsum & exercitationem mercium.* Et eleganter Lehnman *lib. 4. Chron. Spir. c. 22.* de Stapulis ad Rhenum ait: Daß sie haben die Gerechtigkeit/Erstlich Welche Schiffe den Rhein-Strom auff- und abfahren/und mit Staffelbahren Gütern beladen seyn/daß sie daselbst auffkehren/dieselbe ausladen/ins Kauffhaus führen/niederlegen/und davon die Schuldigkeit zahlen müssen/welche nach entrichtetem gebührlichem Accis überschlagen/ das sie in andere Schiffe oder auf die Axt geladen/und in die Ober-Rheinische Lande verführet werden/ wie dann vor Etlich Speyer und der Schiff-leute von Alters die Schiff-farth auf Straßburg gehabt/und davon/ vermög Käyser Friederichs Privilegii de dato 1181 nicht mehr dann 12. Heller haben dürffen geben; Die ander Eigenschafft oder Gerechtigkeit der Staffel ist vor Alters gewesen/und noch/nemlich/ Kauffhaus/ Krane/Schiffer und Karcher/deßgleichen Kauff-haus/ Oberherren/Krane-Meister und Kauff-Haus-Knecht. Die Dritte/ daß die Kauff-Haus-Verordnete/ über die auffgeladene und niedergelegte Staffel-Wahren/ob sie von Würden oder nicht erkennen oder nicht/richten/und die/ so unsertig/ verwerffen/ und den Fahrten zu Schiff und der Axt-Ordnung aussagen. Certum est ingentem Mercium vim ex Italia ope equorum jomentariorum in Germaniam adportari, nec nostra Italis adeò sordent, ut planè à nundinis suis oris ea exclusa velint. Hinc ratio aurigationis, seu mercium vectionis dictat necessitatem eligendi certa loca, in quæ deferuntur merces, ut commoda occasione oblata in loca destinata deveh possint. Unde sæpe tantus confluxus hominum & mercium immensa moles, ut eas ædificiis hoc fine exstructis includi præsens suadeat ratio; Exempla-

sint Brixa, Basilea, Lindavium & in[illegible]ta loca alia, quæ sanè advectas merces recipiunt non absq; singu[illegible]o
9. sicut ab egregiis accepi viris. Tertium Genus Juris Stapularum est, quando Princeps Mercatoribus certis, vel etiam universitatibus, copiam facit Merces suas in certum locum deferendi. Hinc jam amplissimus iste offert campus tractandi de foeneratibus Navalibus, & Rerump. Contoris, quæ sanè omnia ex hoc privilegiato Stapulatus jure descendunt, de quo pauca dicere vix esset necessarium dicere, adeò enim ampla dicendi materies [illegible]offert se, quam jam subjectionibus tracto, mox de [illegible]s communicandam, & quæ hactenus incognita & à multis intacta fuerunt, ex multarum urbium Archivis [illegible]que humanitas præstantium Virorum commu[illegible]vit. Antequam hic abeam, dicam distinctionem Bo[illegible]u[illegible], quæ juri Stapulæ subjectæ sunt. Staffel-Güter distinguuntur von den Meß-Gütern / so nicht Staffelbahr id est, quæ non sunt subjecta exonerationis & expositionis juri. Denn der Staffelbahr Güter halber muß man sich der Stadt Speyer Staffel-Freyheiten gemeß halten/und Staffel-Recht haben; Mit den Meßgütern aber [illegible]rechtfertiget mag man unaufgeladen fürüber fahren / ca[illegible]eluer. *mobs Pr. verbo* Staffel *p. m. 611.* & hoc jus pu[illegible]nsi[illegible]restringere auff Salz und gesaltene Wahren vi[illegible]e[illegible]. Faust. ab Aschaffenb. *ord. 406. Q. 4. Cons. pro er.* ad e[illegible]culenta tantum extendi putat, quod de primo Stap[illegible]m genere forte intelligit, Sed nimis jejune hac de re sentit; cu[illegible]ius Stapularis jus [illegible]o[illegible]o[illegible]rat[illegible] ut nimium inter se differant, & multo nobilius [illegible]: ligitur quod Taurus in Cons. MSS. [illegible]u communicato illud jus multò præclarius [illegible].

ribus asserere non veretur. Imò hoc adeò verum est, ut hoc jus nemini concedatur, nisi sit status Imperii, cui adjacentis fluminis directa jurisdictio ex jure territorii competit. Quæ hic subsisto, & dico effectum, Dominii maritimi splendidissimum esse hoc jus stapularum seu potestatem recipiendi merces quarum ex imperatione Superioris. Videat enim avidus Lector Everherd. Jun. *cons. 9 lib. 1. per tot.* Leonini *cons. 67. per tot.* Mynsing. *respons.* 19. Pfeilii *cons. 190.* Manlii de jure conducendi *tit. 3.* Rosacorb. *Pr For. c. 21.* 10.

Huic stapularum juri connexum est jus Geranii seu Mensurationis, & in eo ferè distinguitur à Jure Stapulæ (cum quo tamen inprimis secundo genere ferè concidit) nam ut Stapula principaliter commercia & utilitatem respicit Emporii cui concessum, sic hoc utilitati vectigalium adversus mercatorum fraudes providetur; Wann nemlich die angegebene Wahren besichtiget / gezehlet oder gemessen werden / damit den Zollen kein Eintrache geschehen möge. Fuse de hoc Geranii jure agit Leonnius *cons. 7. & 8.* Vocem autem descendisse puta a Germanica Kranen leviter mutata consonante ob euphoniam, seu si vis, ab herba, quæ Discordi dicitur γεράνιον, quæ rostro ciconiæ similis est, quoniam & Geranium rostrum suum protendit, ut magnæ moles attrahi facilli modo & à paucis possint; vectis sane dicta non potest, quoniam tantum pars est Geranii nempe lignum, quo commodius machina circumvolvitur; Lingua nicè dicitur Kranen-Gerechtigkeit. At strictissimi juris talia esse Privilegia, vel propria autoritate nemini, contradicente usurpata, nota est poena eorum, qui malitiosè retinent, nec omnes mensuram merces pe- 11. 12.

riantur, quæ sane omnes ratione delicti & circumstantia-
43 rum in commissum cadunt; Nam ob non factam protes-
tionem, & sic dilatam vectigalium solutionem, atq; omis-
so ob fraudationem quamvis da unter die Wahrheit betrüg-
lich laugnet. *Consule Sax. tom. 3 p. 4. c. 16.* res quæ es quales
fuerint, in Commissum cadunt. *l. 8. l. 14. ff. de Public. & vect.*
adeò ut non solventus pedagium meretrum, pro quibus sol-
vi solitum est, etiam, confitentur alias, quas portabat, pro
quibus non debebat, post Papæum in *p. 572.* Boët. *dec. 18.*
n. 26. Committuntur autem merces ex causa fraudati vecti-
galis ipso jure, ita ut statim desinant ejus esse, qui crimen
contraxit, dominiumque rei vectigali adquirit, ita tamen,
ut ob contradictionem partis sententia declarativa, per
quam possessori possessio auferatur, ea propter commissi
persecutio, hoc est rei vindicatio, adversus hæredem &
quemlibet alium possessorem competat. Colet *p. 1. de Proc.*
Exec. c. 3. n. 20. 24. Cacheran *decis 86. Gall. l. 2. obl. 1 n.* & *l. 2.*
2. dec. Pac. P. c. 3. n. 16. Rosenthal. *c. 5. de Fœnd. 40.* Per quin-
quennium verò omissa perit. *l. 2. C. de vectig.* Summâ qui-
que ratione istius in fraudatores vectigalium pœna constitu-
tio nititur, ut nemini iniqua videri possit aut debeat, cum
ad dominos cujuscunque territorii onera viarum pertine-
ant, qui ea lege pedagia exigunt, ut teneant loca tuta, &
indemnem præstent transitum, ita ut si quid damni transe-
untibus in via publica contingat, puta, si deprederentur,
illi, nisi malefactorem exhibeant, ad præstationem seu
refusionem ejus tenentur *text in Nov. 134. c. 4.* Moller. *.*
sem. cap. 26 Mynsing. *c. 0. 70. & 71.* Gail. 2. *obs. 64.* Et sanè hoc
jus mensurationis singularis est hujus Dom[illegible], ut
quod nemo unquam levare audeat, quin deputatis
mercium exploretur: hodie punitur defraudatio, ubi
non

man das unangegebene vorgenommen/& si factum reiterat, ihr mit ziemlicher Straffe gebührlich ansiehet.

(*Fr. Stypman. Continuat. de jure marit. & Nautic. P. V. c. 2.*)

XV.

De pœnis eorum, qui aggeres rumpunt.

1. AGgerum ruptores, qui pro munitionibus riparum positi sunt, puniuntur arbitrariè *l. un. C. de Nili agger. non rumpend.* Damhud. *in Pr. Crim. in de agger ruptor.*

2. Jure autem Saxonico tales flammis comburi solent, & qui consilium ad hoc dederit, relegandi *Landr. l. 2, art. 16.*

3. Quod verum puta, si aggeres fluviorum vel riparum diruat, quorum exundatio vicinis agris magnum nocumentum inferat.

(*Matth. Coler. decis. 171.*)

XVI.

De Aquis & Piscatione.

AQuarum tantus est in rebus humanis usus, ut Thales Philosophus aquam rerum principium esse dixerit.

Est enim aquæ usus non minus hominis ad vitam quam aëris necessarius *Virgil. l. 7 Æneid.*

-- -- -- -- Latrosq; rogamus
Innocuum, & cunctis undamque auramq; patentem.

Refert Aristoteles *lib. 1.* de anima, Hippon & alios dixisse, aquam esse animam: & ad hanc sententiam ratione seminis videri compulsos, quia omnium semen humidum esset. Terrenarum aquarum duo sunt genera. ut auctor Aristoteles *lib. 2* meteorum, *c. 1.* quædam fluxæ sunt, aliæ stabiles, fluxa siquidem sunt fontanæ & amnes.

Stabi-

Stabiles sunt, veluti palustres & lacustres. De [illegible] rum generibus, his agitur constitutionibus. Ius autem hic locus commodè explicabitur ea partitione, qua juris auctoribus tradita est.

Nam fluminum (ut scribit Ulpianus) quædam perennia sunt, quædam torrentia: perenne est, quod semper fluit: torrens quod hieme tantum fluit. *l. 1. §. item fluminum. ff. de flumi. & ne quid in flu. pub.* Licet autem flumina, quæ perennè fluunt, ætate quandoq; exaruerint: nihilominus publicam causam habent, & perennia sunt. Alia fluminum partitio est, quod quædam fluminum publica sunt, quædam privata. Publicum flumen Cassius definit, quod perenne sit *d. l. 1. §. fluminum.* Sed publicum flumen definire soleo, quod ad certam circumcolentis populi utilitatem referatur. Flumen verò privatum, quod agris singulorum, id est, privatorum conseratur. Flumina quæ publicam causam habent, propterea, apud populum erant. Nam, ut inquit Justinianus [illegible] publica sunt: ideoq; jura piscandi omnibus commune est, in portu, fluminibusque. *§ flumina Inst. de rer. div.* Extat rescriptum Divi Imperatoris Pii, quo Otmanis & Capusenus piscatoribus rescripsit, neminem prohiberi ad id accedere piscandi causa. *Lucius ff. de rer. divis.* Quamobrem Ulpianus scribit: Si quis in mari piscari, [illegible] prohibeatur, non habebit interdictum: quemadmodum nec is, qui in campo publico ludere, vel in [illegible] navare, aut in theatro spectare arceatur. Sed in omnibus casibus injuriarum actione utendum est. *l. 13. §. ult. de iniuriis ff. ne quid in loco pub. vel iti fiat.* Ubique igitur cuicunq; licere in flumine piscari, [illegible] ut nullo vel prædis jussu, ut id minus faciat, [illegible]

flumen

flumina l. 1. in fin. ff. de aquar. rer. dom. Ovidius lib. 6. Metamorph.

Quid prohibetis aquas? usus communis aquarum est.

Ob quam fluminis publicã commoditatẽ varia edicta Prætores proposuerunt: quæ à Jurecousultis explicantur libro 43. Pandectarum: Veluti de fluminibus, ne quid in flumine publico, sive ripa ejus fiat, quo aliter aqua fluat atq; in priore æstate fluxit: ut in flumine publico navigare licet: sic & de rivis, de fonte, de aqua quotidiana & æstiva, prætores edixerunt privata flumina nihil differunt à cæteris locis privatis, quemadmodum privati lacus, qui rectè venduntur *l. rutilia ff. de contrah. emt.* & in quibus dominus potest prohibere aliquem piscari & seapham agere. *l. injuriarum actio aequa. §. ult. ff. de injur.* & hæc quidem jure civili Romanorum. nam feudorum alia divisio introducta est, flumina quædam Regalia sunt, ex quibus Princeps vectigal capit, & in quibus modum & tempus piscationis constituit, & proprios Magistratus præficit, *ut quæ sunt Regal lib. 2. de usibus feud.* Hujusmodi flumina sunt. Sequana, Rhodanus, Ligeris, Garumna: de quibus apud Cæsarem in commentariis de bello Gallico & alia non pauca in Gallia. Bannalia flumina sunt, quæ viri eruditi proscripta appellant, quæ Dominus beneficiarius confinium prædiorum, aut permissione Principis, aut longi temporis præscriptione, aut consuetudine aut alio justo titulo quæsita sunt. cujusmodi hodie omnia pene flumina esse censentur: factaq; privata, quæ natura publica erant. Nam Martiani (ut videtur) responso, invitati potentiores cum pluribus annis in flumine soli piscati sunt, cæteras eodem jure uti prohibent. *l. si quisquam ff. de diverf. & temporalib. præscript.* Quanquam (ut inquit Papinianus) præscriptio longæ possessionis, ad loca juris gentium publica obtinenda, concedi non soleat. *l. præscriptio ff. de usucap. & usurp.* Putat Ulpianus, si quis prohibeatur ante ædes meas, vel prætorium

torium meum piscari, injuriarum agi posse *l. injuriarum* §. fin. *ff. de injur. & famo libel.* Si quis tamen se obstrinxerit, ut certo loco piscationem exerceat, lex pactionis servanda est. Unde ait Ulpianus: venditio fundi Hieroniani feudo, fundo Bolonino, quem retinebat, legem dederat, ne contra eum piscatio Thimaria exerceretur, quam jus meri, quod natura omnes patet. Servitus imponi privata lege non potest quia tamen bona fides contractus legem servari venditionis exposcet, personæ possidentium, aut in jus eorum succedentium per stipulationis vel venditionis legem obligantur, *l. venditor. ff. comm. præd.* Cætera ea flumina bannalia potentiores ita tuentur, ut si quis eas interturbet, interdicto uti possidentis agant & excipiantur. Regalia autem flumina nuncupata sunt vel quod ea, cum ad imperium populi pertinerent vel Regia principi adscripta fuêre, *l. 1. ff. de const. princ.* vel quòd regum patrimonio dominioque sunt attributa, vel quòd curam eorum sibi Reges & Principes assumpserunt, *l. quod principes. publico. ff. de aqua pluvia arcend. l. quo minus. ff. de flum. l. servitutes. §. publico ff. de serv.* vel quòd piscarias, cæterosq; fluminum reditus, qui ærarii publici fuere, in fiscum suum redegerunt, *l. inter publica ff. de verb sig.* Notat Juvenalis Pontium quendam assentatorem, qui omnes pisces, quicunq; usquam caperentur, esse Domitiani Cæsaris affirmaret.

Quorundam numerosorum, veluti Meldensium legibus, omne flumen navigabile Regale esse censetur, nisi quis beneficiarius dominus, justo titulo acquisitam potestatem probaverit. Cum ergo Regis sit curare, ut publicis rebus sine alieno incommodo, unusquisque utatur, his consuluit Princeps ad vitandam piscationis inopiam, modum instrumentorum, piscandi tempus præscribit. Fuit enim apud veteres Romanos piscationem in precio fuisse.

Nam

Nam auctor est Sextus Pompejus Festus, Romæ olim piscatorios luctos vocatos, qui quotannis mense Junio trans Tyberim à populo Romano fieri solebant pro piscatoribus Tyberinis, quorum quæstus non in macellum perveniebat, sed ferè in aream Vulcani. quia id genus pisciculorum majorum datur ei Deo pro animis. Idem Sextus Pompejus Festus autor est, piscatorium æs vetusto more appellatum, quod in mari Albano datur pro piscibus. Fuit etiam apud Romanos piscaria, tributi genus, quod inter publica vectigalia, ab Ulpiano numeratur, *in l. inter publica ff. de verb. sig.* Marcus Varro auctor est, Romæ forum piscatorium fuisse, nam is *lib. 4.* de lingua Latina, secundum Tyberium inquit ad Junium, forum piscarium vocant. Unde ait Plautus, apud piscarium habuerint Romani servos piscatores, quorum meminit Juriconsultus Scævola, libro sexto Digestorum. Prædia (inquit) maritima cum servis, qui ibi erunt, & omni instrumento & fructibus, qui ibi erunt, & reliqui, colonorum nutritori suo legavit. Hoc itaq; capite, aquarum & sylvarum præfecti, piscatoria instrumenta jubentur diligenter inquirere: ut si quæ vitiosa, & contra sanctiones & constitutiones Regias facta, deprehensa fuerint, flammis corrumpantur, & vitiosorum instrumentorum artifices & piscatores sexaginta solidorum mulctam fisco dependant. Quæ instrumenta ut neminem latere possint, propriis appellationibus descripta hoc capite enumerantur. Nocturna quoque piscatio & ad fasces lege Regia prohibetur. Nam cum per id tempus pisces laborent, quo uterum gerunt, & à partu continuo requiescant. ut auctor est Aristoteles, libro sexto de historia animalium, *c. 17.* nocturna piscatione eorum impeditur generatio. Dissipari siquidem ova necesse est & ab unda excepta in altum efferri: sunt enim imperfecta piscium ova, quæ foris & augentur &

perficiuntur. Cujus rei causa est (ut inquit Aristoteles, libro primo de generatione animalium, *cap. 8.*) magna tor-cunditas: idq; munus, ut stirpium, eorum est, quod si intra se fœtum perficerent, pauciora necessariò ederent. Præterea noctu quiescentes, si quid à piscatoribus malorum fuerit, expavescunt & exturbari feruntur. Nam Philosophorum & aliorum auctorum sententiis (ut Aristotelis, *lib. 4. de historia animalium, cap. 10.* Plinii, *lib. 9. naturalis historiæ, cap. 25.*) receptum est, pisces dormire, non oculorum (ut inquit Plinius) argumento, quia non habent genas sed quia ipsa quietè continetur placidi seu soporati, & ad tormentum inquem expaventia. Eamq; ob causam infinitam piscium multitudinem noctu na piscatione circumretiunt piscatores, qui noctu lumine ostenso fallunt. Quæ Regia constituno lege confirmatur: simili enim juris constitutione lex civilis vetat piscatores noctu lumen ostendere. Unde ait Ulpianus: Ne piscatores noctu lumine ostenso fallant navigantes, quasi portum aliquem delaturi eoq; modo in periculum naves, & qui in eis sunt, deducant, sibiq; execrandam prædam dent, præsidis provinciæ religiosa constantia efficiat. *l. ne piscatores ff. de incendio, ruina, naufr.* Quod autem hic dicitur, parturire pisces, Martio, Aprili & Majo mensibus id non perpetuò verum est. Nam partus coitusq; piscium, neq. eodem tempore neq. [illegible] temporis spatio fit: aliis enim piscibus æstas, aliis hyems aut autumnale æquinoctium attribuitur. Plurimis tamen, & præsertim solitariorum generis, portus circa [illegible] num agitur. Quamobrem Princeps in hac [illegible] constitutione spectavit id quod plurimum acc[illegible] *ad eal. ff. de leg. & senatus consul.* Id ergo hac [illegible] catoribus observandum præcipitur, ut lage[illegible] ves, cæteraque instrumenta piscatoria ejus formæ & la-

xitatis sint, quam lex Regia præscribit: ut adultiores tantum pisces irretiantur. Prolis enim parvæ neque adultæ captura (cum non sine publico incommodo fiat) mulcta & proscriptione illegitima coercetur. De fluminibus & piscatione leges sunt municipales, in quibus explicandis repetenda est divisio, qua dictum est, flumina alia esse Regalia, alia bannalia seu proscripta. Nam de fluviorum Regalium proprietate statuunt Meldenses titulo de sylvis, omnia flumina navigabilia Regalia esse, nisi quis speciali titulo proprietatem sibi vendicet. Quamvis enim quispiam summæ jurisdictionis dominus, confine fluvio prædium habeat: non tamen in eo flumine summam jurisdictionem habere censendus est, nisi titulo aut possessione ejus temporis, quod hominum memoriam superet, illius dominium quæsisse probet. Est in Gallia municipium cujus statutum proxime ad jus Romanum accedit. ejus enim municipii lege *inst. de serv. rustic.* flumen commune est eorum, qui ab utraq; parte fluminis prope ripam prædia possident. Cumq; fluminum communis sit usus *ut dicitur in l. flumina ff. de damn. inf.* veluti ad aquandum hauriendum, & cæteros aquæ fluvialis usus ejusdem municipii lege sancitur, oportere ad flumen viam seu iter esse, ut ad id flumen ire, agere & ambulare quivis possit. De fluminum seu proscriptorum proprietate statuunt Nivernenses, *tit. de aquis fluminibus & stagnis, artic. 1.* neminem flumen tueri, nisi justo titulo & temporis præscriptione acquisierit. De proprietate proscriptorum seu bannalium fluminum & usu statuunt Burgundiones, titulo de sylvis, pascuis & fluminibus, articulo secundo. Nemini in flumine bannali usum esse, neque jus petitorium aut possessorium, nisi ad possessionem diuturno tempore continuatam titulus accesserit, aut domino proprietatis facta obventionis præ-

statio. De fluminum usuariis statuunt Nivernenses titulo, de aqvis, fluminibus & stagnis, articulo secundo, nullam longissimi præscriptionem absq; justo titulo, aut obventionis solutione, usum in bannali, aut jus petitorium, seu possessorium attribuere. De fluviorum alveo, sive illi Regales sive Bannales, & latitudine statuunt Bolonii. Nam apud illos lex est, ut si flumen ex aliquo latere prorepserit, in priorem alveum reducatur, idem definiunt, qualis esse debeat fluviorum latitudo, nam à capite, sex aut septem pedum, dehinc decem aut duodecim pedum, fluviorum latitudinem esse voluere, donec in aliquod celebre & amplioris nominis flumen diffabantur. Ut a. de sylvis dictum est, cum ob fidem à Vasallo non præstitam in res feudales feudi dominus manum injecerit, pendente mora, rerum feudalium fructus sibi acquirere & post purgatam à Vasallo moram, si extrema oblatione feudi dominus annuum proventum optaverit, unius anni æstimationem consequi. Idem de fluminibus judicandum est. nam dum Vasallus est in mora fidei præstandæ, feudi patronus piscationem & reliquos fluminum fructus sibi acquirit: sed si post ultimam à Vasallo factam oblationem annuum feudi proventum patronus optaverit, æstimantur flumina. Nam Dunensium lege *titulo de æstimatione, artic 186.* fluviorum re non secus quàm jurisdictionis, veluti incerti & mutabiles, in anno non æstimatur, sed habito in decem proximos annotationis respectu, æstimatio sit ad rationem decimæ partis decem præcedentium annorum. Cum a. aquæ fluvia aqvando & hauriendo cujus pateat, & occupanti concedatur aqua per partes in usu piscandi diversum censend bannalia seu proscripto flumina titulo seu præscr one entur, ac possident, piscariam retinent, & pi ros ùti prohibent. Quamobrem apud Trecen ul de sylvis & aquis *art. 179.* lex est, per quam si qu s

nali

ali, sine domini aut illius coloni jussu, piscatus fuerit pisces re-
tituit, & sexaginta solidorum mulctam domino dependit.
Eadem lex est apud Caldimontanos, titulo de sylvis articulo
10. Nam apud illos, qui invito domino in flumine proscripto
piscatus fuerit, sexaginta solidis mulctatur, & pisces restituit.
de n statuit Vitriaci municipium titulo de pascuis, articulo
20 illius n. municipii statuto: si quis in flumine bannali seu
ro cripto sine concessione & permissu domini pisces ca-
tans apprehensus fuerit, sexaginta solidos mulctæ nomine,
olvit Niverensiũ more, titulo de aquis, fluminibus & stagnis,
ticu o 3. si quis in aqua & flumine bannali invito domino,
ut illius colono, piscatus fuerit, arbitraria mulcta condemna-
ur, & pisces restituit. Et hæc quidem municipiorum statuta
dversus eos lata sunt, qui clam & latentem piscationem ex-
rcent. Nam hi, qui coram & in præsenti maleficio piscantur,
recensium leges titulo de sylvis & aquis, articulo 179. præter
exaginta solidorum mulctam hamos, retia & piscatoria in-
trumenta omnia committunt. Simili Caldimontanorum sta-
uto, titulo de aquis & sylvis, artic. 10. qui in ipso patentis pi-
cationis opere deprehensus fuerit non modo sexaginta soli-
lorum mulcta damnatur, sed confiscatione seu publicatione
etium, cæterorumq; instrumentorum, quibus ad præsentem
iscationem est usus. Eadem pœna judicatur, Niverensium
onsuetudine, titulo de aquis, fluminibus & stagnis; articulo
ertio: quatenus, qui cum retibus & hamis in præsenti piscatione
leprehensus fuerit, præter sexaginta solidorum mulctam,
ossa retia, hamos, aliaq; instrumenta committit. Eadem Ni-
erensium consuetudine, qui ter deprehensus mulctatusq; pi-
cationi iterum se accommodaverit, furti pœna plectendus
st. Est in Gallia municipium, cujus statuto, titulo de servituti-
us realibus, art. 22. piscatoria quædam instrumenta definiun-
ur & determinantur, quibus unicuiq; liberum est in flumine
piscari.

piscari. Ejusdem Municipii lege, eodem titulo, *art. 28.* quæ loca in flumine loca designantur, quæ à piscatorum injuria immunia esse debent. Nec in his cuiquam licet impune piscationem exercere. Nocturnam piscationem prohibent leges municipales. Nam Trecenses titulo de sylvis & aquis, *art. 179.* hos, qui noctu & cum igne ad fallendos pisces piscationi invigilant, arbitrariam mulctam indicunt. Sic Caldemontani titulo de sylvis & aquis, *art. 110* nocturnos piscatores & lumine ostento piscium visum fallentes arbitrarium mulcta coercent. Sed Nivernenses, titulo de aquis, fluminibus & stagnis, *art. 3.* nocturnis istis piscatoribus, & ignem præferentibus foru pœnam determinantur. Cæterum legibus municipalibus pharmaca piscibus, ad eos inescandos miscuisse, criminosum est. Eamque rem Nivernenses, titulo de aquis, fluminibus & stagnis *art.* in eos, qui calcem, & huic similia pharmaca piscib. porrigu ex Regiis legibus animadvertendum esse sanciunt. Cui Nivernensium statuto non dissimilis locus est apud Plinium *libro* naturalis historiæ *cap. 8.* Ubi ait, piscatores radicem eam, quæ rotunda est, venenum terræ vocant coram quæ nobis contu immixta calce in mari sparsere advolant pisces, cupiditate ra, statimq; exanimati fluitant. Quo argumento apparet calcem, Nivernensis municipii statuto, non absq; ratione piscatoribus interdictam. Hoc quoq; adducere ex eodem Plinio incongruum erit, esse in provincia Narbonensi & in Nemausensi agro stagnum, in quo cum homine Delphini in tate piscantur, magna cum populi spectantis voluptate quidem de fluviis cum Regalibus, tum proscriptis ex municipalium statutis explicata sunt.

(*Noe Meurer. Oper. V. P. art. 89.*